ڪُلْيَا *f. emph.* Idem. Hæſitatio; diſſidium, diſſenſio, ſchiſma; ſimulatio, *Dan.* 11: 34. Diviſio, *Luc.* 12: 51. Pars, *Luc.* 15: 12. Diſſidium, *Job.* 7: 43. 9: 16. 10: 19. 1 *Cor.* 12: 25. *Jacob.* 3: 17. *Plur. emph.* ڪُلْيَا diſſidia, *Rom.* 16: 17. Diſſenſiones, 1 *Cor.* 1: 10. Diſſidia, *c.* 11: 18. *Gal.* 5: 20.

ڪَلَيَا *m. emph.* Diviſor. *Nomen ex Participio præſenti Paël formatum.* *Luc.* 12: 14.

ڪَلَى *m.* Servivit, inſervivit, ſubſervivit, coluit, fecit, operatus eſt, laboravit; negotiatus eſt: militavit, bellum geſſit. *Hebr.* פָּלַח diſſecuit, *Chald.* פְּלַח Idem: *item*, ſervivit, coluit. *Samar.* פלח ſervivit, coluit. *Arab.* فَلَحَ ſecuit, ſulcavit, *pecul.* culturæ ergò *terram*, coluit, aravit *eam*. ڪَلَوْا *m.* coluerunt, 1 *Cor.* 10: 7. Operati ſunt, *Hebr.* 11: 33. ڪَلَاتْ *m.* ſerviebatis, *Gal.* 4: 8. Operati eſtis, 1 *Petr.* 4: 3. 2 *Joh. v.* 8.

Benoni ڪَلَى *m.* ſerviens, *Luc.* 15: 29. Operans, *Act.* 10: 35. 18: 3. Colens, *c.* 20: 19. 24: 14. 27: 23. Operans, *Rom.* 2: 9. 10. 4: 4. Colens, 1 *Cor.* 5: 11. Operans, *c.* 16: 10. Colens, *Eph.* 5: 5. Serviens, *Phil.* 2: 22. Militans, 2 *Tim.* 2: 4

Emph. ڪَلَيَا, *quod quandoque degenerat in nomen*, miles, *Act.* 10: 7. Operans, *Rom.* 16: 21. *Phil.* 2: 25. Miles, 2 *Tim.* 2: 3. Operarius *v.* 15. Operans, *Philem. v.* 1. *Fœm.* ڪَلَيَا colens, *Luc.* 2: 37. Serviens, *Gal.* 4: 25. 1 *Tim.* 5: 6. *Plur. maſc.* ڪَلَيِي colentes, *Act.* 7: 42. Operantes, *c.* 19: 25. Servientes, *Rom.* 12: 11. 1 *Cor.* 9: 13. Operantes, 1 *Theſ.* 4: 11. 2 *Theſ.* 3: 8. 11. Facientes, *Tit.* 3: 14. Negotiantes, *Apoc.* 18: 17.

Emph. ڪَلَيَا milites, *Apoc.* 9: 16; *Conſtr.* ڪَلَى operantes *iniquitatis*, *i. e.*, *iniquitatem*, *Matt.* 7: 23. Colentes *militiæ*, *i.e.*, *militiam*, *Luc.* 3: 14. Operantes *mendacii*, *i.e. mendacium* *c.* 13: 27. Colentes *idolorum*, *i. e.*, *idola* *ſ.* idololatræ, 1 *Cor.* 5: 10. 6: 9. 10: 7. *Apoc.* 21: 8. 22: 15.

ڪَلَيِي

ܦܠܚܝܢ operamur, 1 *Cor.* 3: 9. 4: 12. Bellum gerimus, 2 *Cor.* 10: 3. Servimus, *Phil.* 3: 3; *ex* ܦܠܚ operantes, bellum gerentes, servientes & ܢ nos *vel* sumus *compositum.* ܦܠܚܟܘܢ servitis, *Col.* 3: 24; *constat ex* ܦܠܚ servientes & ܐܝܟܘܢ vos *vel* estis. ܦܠܚܘܗܝ milites ejus, *Luc* 23: 11.

Peïl fœm. ܦܠܚܬܐ ܠܐ ܐܬܝܗܒ ܠܢ servitus nemini præstita *est* nobis, *i. e.*, à nobis, *Joh.* 8: 33.

Infinit. ܠܡܦܠܚ servire, *Matt.* 6: 24; *bis.* Operari, *Luc.* 13: 14. Servire, *c.* 16: 13, *bis.* Operari, *Joh.* 9: 4. Facere, *Tit.* 3: 8.

Imperat. ܦܠܚ *m.* operare, *Matt.* 21: 28. ܦܠܚܘ *m.* operemini, *Phil.* 2: 12. Servite, *Apoc.* 14: 7. *Futur.* ܢܦܠܚ *m.* operetur, *Eph.* 4: 28. Laborare, 2 *Thes.* 3: 10; *est hîc futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.* ܕܢܦܠܚ *m.* coles, *Mat.* 4: 10. Servias, *Luc.* 4: 8. 1 *Cor.* 7: 21. Milites, 1 *Tim.* 1: 18. ܐܦܠܚ *c.* subservirem, *Rom.* 15: 16. ܐܦܠܚܝܗ coluero eam, *Luc.* 13: 8. ܢܦܠܚ *m.* servient, *Act.* 7: 7. ܕܢܦܠܚܘ *m.* operemini, *Joh.* 6: 27. Serviatis, 1 *Thes.* 1: 9. ܢܦܠܚ *c.* serviremus, *Luc.* 1: 74. Operemur, *Joh.* 6: 28. 1 *Cor.* 9: 6. 2 *Cor.* 7: 1. *Gal.* 6: 10.

Ethpeel ܐܬܦܠܚ *m.* Aratus, cultus, excultus est. *Partic.* ܡܬܦܠܚ *f.* colitur, *Hebr.* 6: 7; *Trostius in suo Lexico vult esse conjugationis Ethpaal; Castellus ad Ethpeel refert.*

Paël Chald. ܦܠܚ Servivit, coluit, operatus est; exaravit, scripsit. *Item* servire, laborare fecit.

Aphel ܐܦܠܚ *m.* Militavit. *Partic. præs.* ܡܦܠܚ *m.* militans, 1 *Cor.* 9: 7.

ܦܘܠܚܢܐ *f. emph.* Cultus, operatio; exercitus, militia, 1 *Cor.* 9: 7. 1 *Tim.* 1: 18. ܦܘܠܚܢܝ militia nostra, 2 *Cor.* 10: 4. *Plur. emph.* ܦܘܠܚܢܘܬܐ exercitus, *Apoc.* 19: 14. 19.

ܦܠܚܬܐ *m. emph.* Servitus, cultus, cultura, agricolatio, functio, ministerium, opus, operatio, labor, exercitium, opificium, artificium. *Chald.* ܦܘܠܚܢ, *emph.* ܦܘܠܚܢܐ. Artificium, opificium, *Act.* 19: 25. Agricolatio, opus, 1 *Cor.* 3: 9. Servitus, cultus, *c.* 10: 14. Functio, 2 *Cor.* 9: 12. Cultus, *Gal.* 5: 20. Operatio, *Eph.* 4: 19. Opus, *Phil.* 2: 12. Cultus, *Col.* 2: 18. 1 *Petr.* 4: 3.

Digitized by Google

ڦڠڵڹ opus noſtrum, *Phil.* 3: 20; *eſt hîc affixi pleonaſmus: vide ſupra in* ڦڵ

ڦڠڵ *m. emph.* Cultor, arator, agricola, vinitor. Cultor, *Luc.* 13: 7. 8. Agricola, vinitor, *Joh.* 15: 1. *Plur. emph.* ڦڠڵڹ cultores, agricolæ, *Matt.* 21: 33. 34. 35. 38. 40. 41. *Marc.* 12: 1. 2. 7. 9. *Luc.* 20: 9. 10, *bis.* 14. 16.

ڦڵڦ *m.* Evaſit, effugit. *Hebr.* פָּלַט, *Chald.* פְּלַט, *Arab. Conjug.* IV. أَفْلَتَ Excidit, effugit, evaſit: fecit ut evaderet, liberavit. *Conjug.* V. تَفَلَّتَ Evaſit, liberatus fuit. *Paël* ڦڵڦ *m.* Liberavit, eripuit, evadere fecit, ſalvavit. *Hebr. Piël* פִּלֵּט. ڦڵڦڹ eripuit me, *Act.* 12: 11. *Futur.* ڦڵڦڹ evadere faciant, *c.* 23: 24.

Ethpaal ڦڵڦڵ *m.* Ereptus, liberatus eſt. ڦڵڦڵ *c.* ereptus ſum, 2 *Cor.* 11: 33.

* ڦڵڵ *Piël Hebr.* פִּלֵּל Judicavit; ſperavit. *Hithpaël* ڦڵڵڦ Oravit, interpellavit, compellavit. *Hinc* ڦڵڵڦ Oratio, *Chald.* ڦڵڵא Idem. *Item*, Precatorium, oratorium: phylacterium. *Syriacè* ڦڵڵ Phylacterium. *Plur.* ڦڵڵڹ phylacteria. *Rabb.* תְּפִלִּין. *Eſt lorum coriaceum duplex,* שֶׁל רֹאשׁ capitis & שֶׁל יָד manus, *quod Judæi precaturi ſibi alligant; primum circa caput, ſecundum brachio ſiniſtro; in cujus medio cellula eſt, cui incluſa eſt membranula, continens 4 Scripturæ verſus, ſcil. Exod.* 13: 2. 5. *Deut.* 6: 4. 11: 13. *Cellula iſta in Oratorio capitis diſtincta eſt in 4 cellulas alias, quibus ſingulis una membranula convoluta includitur; hæc cellula arctè conſuitur, ex qua lora utrinque exeuntia,* רְצִיעוֹת *dicuntur. Hæc Tephilla alligatur circa caput ita ut cellula ſit in media fronte, ubi pili deſinunt; ut ſit quaſi ante oculos. Altera, quæ manu applicatur, alligatur brachio ſiniſtro, ubi manui jungitur; quia vicinior eſt ea pars cordi, & ſic putant preces magis ex corde proficiſci. Hæc in V. T.* טֹטָפוֹת, *in N.* Φυλακτήρια *dicitur: vide Exod.* 13: 9, 16. *Jon. Maim. H. Tephil. c.* 2. *Buxt. Syn. Jud. c.* 9. 10. *&c. vide in Lex. Caſtelli.* ڦڵڵڹ phylacteria ſua, *Matt.* 23: 5.

* פלן

* פלן Aliquis, quidam, ὁ δεῖνα. *Hebr.* פְּלֹנִי, *Rabb. & Chald.* פְּלָן. *Vox quâ innominatum significamus, cujus nomen supprimitur. Mat.* 26: 18. *Dicitur etiam de rebus inanimatis, ut* בְּטוּרָא פְּלָן in monte N. *Rabb. fœm.* פְּלוֹנִית, *Chald.* פְּלָנִיתָא, *Gr.* ἡ δεῖνα.

* פלע חֲלָא Occasio, opportunitas, opportunum tempus. Opportunitas, *Matt.* 26: 16. *Marc.* 14: 11. *Luc.* 22: 6.

פְּלַח *m.* Aperuit, aditum fecit, perfodit. *Benoni* פָּלְחִי *m.* perfodientes, *Matt.* 6: 19, 20.

Ethpeel אֶתְפְּלַח *m. Passiv. Futur.* יֶתְפְּלַח *m.* ut perfoderetur, *Matt.* 24: 43. *Luc.* 12: 39.

פְּנָא *m.* Rediit, versus est, vertit se, reversus, conversus est, convertit se, flexit. פְּנוֹ *m.* reversi sunt, *Act.* 12: 25. *Futur.* יְפְנֵי *m.* revertetur, *Matt.* 10: 13. *Luc.* 12: 36.

Ethpeel אֶתְפְּנֵי *m.* Idem *quod Peal.* Convertit se, *Matt.* 9: 22. 16: 23. *Marc.* 5: 30. 8: 33. *Luc.* 7: 9. 44. 9: 55. 10: 22. 23. 14: 25. 23: 28. Vertit se, *Joh.* 1: 38. *Act.* 9: 40.

אִתְפְּנִית *f.* vertit se, *Joh.* 20: 14. 16. אִתְפְּנֵית *c.* verti me, *Apoc.* 1: 12, *bis.* אִתְפְּנִיו *m.* conversi sunt, *Act.* 9: 35. 11: 21. אִתְפְּנִיתוֹן *m.* conversi estis, 1 *Thes.* 1: 9. 1 *Petr.* 2: 25.

Partic. מִתְפְּנֵי *m.* convertentes se, *Act.* 15: 19. מִתְפְּנֵינָן convertimus nos, *c.* 13: 46; *constat ex* מִתְפְּנֵי convertentes nos & נָן nos *vel* sumus.

Imperat. אִתְפְּנַי *m.* verte te, *Luc.* 9: 38. Converte te, c. 22: 32; *vocali pethocho à secunda radicali ad primam retractâ, ut in perfectis; & literâ jud otiosâ: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 325.

אִתְפְּנוֹן *m.* convertite vos, *Act.* 3: 19; *Gr.* ἐπιστρέψατε.

Futur. יֶתְפְּנֵי *m.* vertet se, *Luc.* 17: 4. Convertet se, 2 *Cor.* 3: 16. יֶתְפְּנוֹן *m.* convertant se, *Matt.* 13: 15. *Marc.* 4: 12. *Joh.* 12: 40. *Act.* 26: 20. 1 *Tim.* 2: 4. נִתְפְּנֵי *m.* convertatis vos, *Act.* 3: 26. 14: 14. נִתְפְּנֵי *c.* revertamur, *c.* 15: 36. *Crinesius, Buxtorfius & Trostius in suis Lexicis loco Ethpeel habent Ethpaal.*

Paël פְּנֵי *m.* Respondit, restituit, reddidit. Respondit, *Mat.* 27: 12. *Act.* 25: 4. *Apoc.* 7: 13. פְּנָהּ respondit ei *f.* Matt. 15: 23.

Partic.

Digitized by Google

Partic. præſ. ܡܬܝܒܐ *m.* reſpondens, *Matt.* 26: 62. *Marc.* 12: 34. 14: 60. 15: 4. *Plur. maſc.* ܡܬܝܒܝܢ reſpondentes, *Luc.* 22: 68.
Aphel ܐܬܝܒ *m.* Redire fecit, convertit, obvertit, refecit, reſtituit. Convertit, *Act.* 17: 31. *Partic. præſ.* ܡܬܝܒ *m.* reſtituens, *Act.* 1: 6. *Fœm.* ܡܬܝܒܬ convertit, 2 *Cor.* 7: 10. *Imperat.* ܐܬܘܒ *m.* obverte, *Mat.* 5: 39. *Futur.* ܢܬܝܒ *m.* convertet, *Luc.* 1: 16. 17. ܢܬܝܒܝܗ converterit eum, *Jacob.* 5: 19.

ܬܘܒܐ *m. emph.* Reditus, reverſio, converſio, *Act.* 15: 3. ܬܘܒܬܗܘܢ converſio eorum, *Rom.* 11: 15.

ܥܝܕܐ ܕܨܝܡܬܐ Πεντηκοστὴ Pentecoſte, *Act.* 2: 1. 20: 16. ܨܝܡܬܐ 1 *Cor.* 16: 8. *Scribitur etiam* ܥܝܕܐ ܕܨܝܡܬܐ *in Caſtelli Lexico.*

ܦܢܩ *Arab.* فَنَقَ Delectatus eſt, deliciis vacavit. *Paël* ܦܢܩ Delicatè nutrivit. *Hebr. Piël* ענג, *Chald. paël* ענג, *Arab.* فَنَّقَ. *Ethpaal* ܐܬܦܢܩ *m.* Oblectatus eſt, oblectavit ſe, deliciatus eſt. *Partic.* ܡܬܦܢܩܝܢ *m.* deliciantur, 2 *Petr.* 2: 13.

ܬܘܦܢܩܐ *m. emph.* Blandimentum, voluptas, oblectatio, deliciæ. *Teut.* Banquet / *Belg.* Banket. *Plur. emph.* ܬܘܦܢܩܐ deliciæ, *Luc.* 7: 25.

ܓܠܝܦܐ *f. emph.* Tabula pictoria, *in qua formas hominum depingunt:* tabella ſcriptoria, pugillares, codicilli, liber rationum, catalogus, chirographum: atramentarium. *Idem valet quod Chald.* ספנקא, *Græc.* πίναξ & πινακὶς. Tabella ſcriptoria, *Luc.* 1: 63; *Gr.* πινακίδιον.

ܙܒܢ *m.* Sortitus, ſorte expertus eſt. *Infinit.* ܠܡܙܒܢ ܒܓܘܪܐ ſortiamur de ea ſortiendo, *Joh.* 19: 24.

Aphel ܐܫܪܐ Idem. *Item*, Permiſit, conceſſit, acquievit. *Affine* שרא. Permiſit, *Matt.* 19: 8. *Marc.* 5: 13. 10: 4. *Luc.* 8: 32. *Joh.* 19: 38. *Act.* 21: 40. 27: 3. 28: 16.
Partic. præſ. ܡܫܪܐ *m.* permittens, *Act.* 21: 37. 1 *Cor.* 16: 7. 1 *Tim.* 2: 12. *Hebr.* 6: 3. *Partic. præt.* ܫܪܝ *m.* permiſſum, licitum, *Act.* 2: 29. 10: 28. 16: 21. 22: 25. 26: 1. 1 *Cor.* 14: 34.
Imperat. ܐܫܪ *m.* permitte, *Matth.* 8: 21. *Luc.* 9: 59. 61. *Act.* 21: 39.

Digitized by Google

21:39. *Futur.* ܢܫܒܩ *m.* permitteret, *Luc.* 8:32. ܢܫܒܩ *c.* ſortiamur, *Joh.* 19:24; *vide hoc in loco var. Lect.*

ܦܝܣ *m. emph.* Sors. *Chald.* ܦܝܣ, *emph.* ܦܝܣܐ. *Matt.* 27:35. *Marc.* 15:24. *Luc.* 23:34. *Joh.* 19:24. *Act.* 1:17. 25. 8:21. 26:18.
Plur. emph. ܦܝܣܐ ſortes, *Act.* 1:26.

ܫܘܒܩܢܐ *f. emph.* Facultas, licentia, conceſſio, permiſſio, *Act.* 26:12; *vide var. Lect.*

ܫܒܩ *m.* Amputavit, decollavit cecidit, abſcidit, diſcidit, exſcidit, præſcidit, præſciſſus eſt, præcidit, ſecuit, diſſecuit, decidit, decrevit, ſtatuit, determinavit: Ceſſavit, defecit, deſtitit, deſiit, finem habuit, excidit. *& Chald.* ܦܣܩ. ܗܘܐ ܫܒܩ *m.* amputaverat, *Joh.* 18:26. ܫܒܩ amputavit id *caput*, *Mat.* 14:10. *Marc.* 9:27; *affixum* ܐ *abundat.* ܐܫܒܩ *c.* amputavi, *Marc.* 6:16. *Luc.* 9:9. ܫܒܩ *m.* decreverunt, *Joh.* 9:22. Abſciderunt, *Act.* 27:32. 40. Exciderunt, *Eph.* 4:19. ܫܒܩܬܘܢ *m.* decreviſtis, *Act.* 13:46. ܫܒܩ ܐ ܫܒܩ *c.* antè determinavimus, *Rom.* 3:9. ܩܒܠ ܫܒܩ ſententiam mortis tulimus, 2 *Cor.* 1:9; τὸ ἀπόκριμα τῦ θανάτυ ἐσχήκαμεν. *Benoni* ܗܘܐ ܫܒܩ *m.* cædebant, *Matt.* 21:8. *Marc.* 11:8. *Peïl* ܗܘܐ ܫܒܩ *m.* ſtatutum erat, *Act.* 20:16. *Infinit.* ܒܫܒܩ præſcindendo præſcinderentur, *Gal.* 5:12. *Imperat.* ܫܒܩ *m.* amputa, *Mat.* 5:30. ܐܫܒܩ abſcinde eum *pedem*, *Matt.* 18:8; *ubi editio Vienenſis habet* ܕ *pro* ܪ: *ſic autem corrigendum ex locis parallelis ſequentibus.* Eam, *Marc.* 9:43. Eum *pedem*, *v.* 45. *Futur.* ܬܫܒܩ amputabis eam, *Luc.* 13:9. ܐܫܒܩ *c.* præcidam, 2 *Cor.* 11:12. ܢܫܒܩ *m.* præſcinderentur, *Gal.* 5:12. ܡܫܒܩ *m.* præſcindatis, *Luc.* 6:35.

Ethpeel ܐܫܬܒܩ *m.* Abſciſſus, exſciſſus, præciſus, truncatus, decollatus, ſecuri percuſſus eſt. ܗܘܐ ܐܫܬܒܩ præciſa erat, *Act.* 27:20. ܐܫܬܒܩܝ *f.* *capite* truncatæ fuerunt, *Apoc.* 20:4. *Partic.* ܡܬܫܒܩ *m.* exſcinditur, *Matt.* 3:10. 7:19. *Luc.* 3:9.

Paël ܫܒܩ *m.* Abſcidit, conſcidit, concidit, rupit, dirupit. *Partic.*

Digitized by Google

præf. ܐܶܬܦܲܨ ܨܦܨ *m.* dirumpebat, *Marc.* 5: 4. *Luc.* 8: 29.

ܨܦܨ *m.* Amputatio, Conciſio, *Phil.* 3: 2; *Gr.* κατατομή.

ܐܲܬܦܲܨ *m. emph.* Secans: ſectio, verſus. Sectio *ſcripturæ*, *Act.* 8: 32; *Gr.* ἡ περιοχὴ τῆς γραφῆς.

ܒܨܨܬܐ *Plur. f. emph.* Brevitates. *Cum præfixo Beth periphraſin facit adverbii*, Conciſè, breviter, *Act.* 24: 4.

ܒܨܒܬܐ *f. emph.* Faſcia, inſtita. *Plur. emph.* ܒܨܒܢܬܐ faſciæ, *Joh.* 11: 44.

ܥܒܕ *m.* Operatus eſt, egit *cum energia & effectu. Hebr.* ׳פָּעַל, *Chald.* ׳פְּעַל, *Arab.* فَعَلَ. *Benoni* ܥܒܕ *m.* operans. *Emph.* ܦܥܠ Operarius, *in nomen degeneravit*, Mat. 10: 10. *Luc.* 10. 7. 1 *Tim.* 5: 18. *Plur. emph.* ܦܥܠܐ *m.* operarii, Mat. 9: 37. 38. 20: 1. 2. 8. *Luc.* 10: 2. 2 *Cor.* 11: 13. *Phil.* 3: 2. *Jacob.* 5: 4.

ܥܒ ܥܒܕ *m.* Contrivit, contudit, comminuit; vulneravit. *Hebr.* ׳פָּצַע, ע *in* ו *mutato.* *Peïl* ܦܝܥܝܠ *m.* vulnerati, *Act.* 19: 16; *Gr.* τετραυματισμένους.

ܦܬܚ *m. Lat.* Aperuit, diſtendit; Hiavit. *Hebr.* ׳פָּעַר, *Arab.* فَغَرَ

ܦܬܚܐ *m. emph.* Hiatus, caverna, barathrum, *ab apertione dicitur. Plur. emph.* ܦܬܚܐ hiatus, 1 *Sam.* 13: 6. *Jeſ.* 7: 19. ܦܬܚܝܗܝ cavernæ ejus, *Hebr.* 11: 38; *affixum hic* αὐτοῦ

ܦܨܐ *Hebr.* Liberavit, eripuit, ſervavit. *Chald.* ׳פְּצֵא, *Sam.* ופצא. *Paël* ܦܲܨܹܐ *m.* Idem. *Arab.* فَصَّى. Eripuit, 2 *Petr.* 2: 7. *Partic. præſ.* ܡܦܨܐ *m.* liberans, 1 *Theſ.* 1: 10. *Impexat.* ܦܨܐ *m.* libera, *Matt.* 27: 40. *Marc.* 15: 30. *Luc.* 23: 39, *bis.* ܦܨܢܝ libera me, *Joh.* 12: 27. ܦܨܝ libera nos, *Matt.* 6: 13. Serva nos, *c.* 8: 25. *Futur.* ܢܦܨܝ liberabit me, *Rom.* 7: 24. Eripiet me, 2 *Tim.* 4: 18. ܢܦܨܝ eriperet nos, *Gal.* 1: 4. ܐܦܨܝ eripiam te, *Act.* 26: 17. *Ethpaal* ܐܬܦܨܐ *m.* Liberatus, ereptus eſt, evaſit, effugit. ܐܬܦܨܝ *c.* ereptus ſum, 2 *Tim.* 4: 17. ܐܬܦܨܘ *m.* erepti ſunt, *Hebr.* 11: 34. Evaſerunt, *c.* 12: 25. *Infinit.* ܕܢܬܦܨܘ ut eriperentur, *Hebr.* 11: 35.

Digitized by Google

11:35. *Futur.* ڳڡڡ c. liberer, *Rom.* 15:31. ڳڡڡ c. liberabimur, *c.* 5:9.

ڳڡڡ *m.* Gavisus, lætatus est: *Masius. Hebr.* פָּצַח Personuit, fragorem edidit *cum laude & lætitia. Ethpeel* ڳڡڡ *m.* Exultavit, exhilaratus est, erupit *præ gaudio. Imperat.* ڳڡڡ *f.* erumpe, *Gal.* 4:27; *quidam hoc ad Ethpaal referunt.*

ڳڡڡ *m. emph.* Pascha. *Hebr.* פֶּסַח, *Chald.* פִּסְחָא, *emph.* פִּסְחָא · ס *in* ڳ *pro natura literarum homogenearum mutatâ. Amira in præfatione Grammaticæ ait* ڳڡڡ *propriè significat* lætitiam, *quæ videlicet vultu, verbis ac motibus ostenditur: & hinc est, ut quia in festo die potissimùm hujusmodi lætitia ostendi solet, pro die festo accipiatur: & Synecdochicè pro festo paschatis.* Pascha *Matt.* 26:2. 17. 18. 19. *Marc.* 14:1. 12, *bis. Luc.* 2:41. *Joh.* 2:13. *Act.* 12:4. 1 *Cor.* 5:7. *Hebr.* 11:28.

ڳڡڡ *f. emph.* Hilaritas, lætitia, gaudium, festivitas. Hilaritas, *Rom.* 12:8.

ڳڡڡ *m.* Visitavit, recognovit, rationem habuit, σκέπτομαι: Mandavit, præcepit, jussit, imperavit, requisivit, constituit, ordinavit, decrevit. *Hebr.* פָּקַד, *Chald.* פְּקַד, *Sam.* ڳڡڡ, *Arab. Conjug.* VIII. إِفْتَقَدَ Inquisivit, inspexit. Mandavit, præcepit, jussit, *Matt.* 1:24. 8:18. 14:9. 19. 15:35. 18:25. 21:6. 26:19. 27:10. 58. *Mar.* 6:27. 39. 8:6. 10:49. *Luc.* 8:55. 18:40. 23:24. *Joh.* 13:29. *Act.* 5:34. 7:19. 8:38. 12:19. 18:2. 20:13. 21:33. 34. 22:24. 30. 23:2. 35. 24:8. 23. 25:6. 23. Decrevit, *c.* 27:1. Præcepit, *v.* 43.

ڳڡڡ præcepit ei, *Luc.* 5:14. *Act.* 23:22. ڳڡڡ mandavit mihi, *Joh.* 14:30. ڳڡڡ præcepit nobis, *Act.* 10:42. 13:47. Mandavit nobis, 1 *Joh.* 3:23. ڳڡڡ *f.* præcepit, 1 *Petr.* 3:20. ڳڡڡ *m.* præcepisti, *Luc.* 14:22. ڳڡڡ *c.* præcepi, *Act.* 25:17. 21. ڳڡڡ *m.* præceperunt, *Joh.* 11:57. *Act.* 16:22. ڳڡڡ *c.* præcepimus, *Act.* 5:28.

Benoni ڳڡڡ *m.* præcipiens, *Marc.* 1:27. 9:25. Imperans, *Luc.* 4:36. 8:25. Præcipiens, *v.* 29. *Act.* 15:18. 23:3. 2 *Cor.* 8:8.

Fœm. ڳڡڡ præcipiens, *Luc.* 4:36; *vide hîc var. Lect.*

Peïl ڳڡڡ *m.* mandatum, *Luc.* 2:27. 3:13. Præceptum, *cap.* 23:56.

23: 56. *Plur. masc.* ڏڏڏڏ constitutæ, ordinatæ *potestates*, Rom. 13: 1. *Plur. fœm.* ڏڏڏڏ præcepta, *Luc.* 17: 10.

Infinit. ڏڏڏڏ præcipiendo, *Joh.* 13. 29. *Act.* 5: 28. 2 *Cor.* 8: 8.

Imperat. ڏڏڏڏ *m.* jube, *Matth.* 14: 28. Præcipe, *cap.* 27: 64.

Futur. ڏڏڏڏ *m.* imperaret, *Luc.* 8: 31. ڏڏڏڏ *c.* præcipiam, *Philem.* v. 8.

Ethpeel ڏڏڏڏ *m.* Præceptus, mandatus, jussus est, mandatum accepit. Præceptum fuerat, *Luc.* 17: 9. Mandatum est, *Act.* 10: 33. Præceptum fuit, *Heb.* 9: 19.

Partic. ڏڏڏڏ *m.* mandabitur, *Act.* 22: 10.

Paël ڏڏڏڏ *m.* Præcepit, mandavit, jussit, mandata dedit: commendavit. Jussit, *Matth.* 8: 4. 10: 5. 16: 20. 17: 9. 19: 7. *Marc.* 1: 44. 5: 43. 6: 8. 8: 15. 11: 6. 13: 34. Mandata dedisset, *Act.* 1: 2. Præcepit, *v.* 4. 7: 44. 10: 48. 1 *Cor.* 9: 14. *Hebr.* 11: 22.

ڏڏڏڏ præcepit vobis, *Mar.* 10: 3. ڏڏڏڏ *c.* præcepi, *Act.* 23: 30. 1 *Cor.* 16: 1. ڏڏڏڏ præcepi tibi, *Tit.* 1: 5. ڏڏڏڏ mandavi vobis, *Matt.* 28: 20. ڏڏڏڏ *m.* præceperunt, *Act.* 4: 15. 18. 5: 40. 16: 23. ڏڏڏڏ *c.* mandavimus, *cap.* 15: 24. ڏڏڏڏ mandavimus vobis, 1 *Thess.* 4: 11.

Partic. præs. ڏڏڏڏ *m.* præcipiens, *Marc.* 9: 9. *Joh.* 15: 14. 17. *Act.* 17: 30. 1 *Cor.* 7: 10. 17. 11: 17. 1 *Tim.* 5: 7.

Plur. masc. ڏڏڏڏ præcipientes, 2 *Thes.* 3: 10. ڏڏڏڏ præcipimus, *verss.* 4 & 12; *ex* ڏڏڏڏ præcipientes & ڏڏ nos *vel* sumus *compositum.*

Infinit. ڏڏڏڏ præcipiendi, ad præcipiendum, *Matth.* 11: 1.

Imperat. ڏڏڏڏ *m.* præcipe, 1 *Tim.* 4: 11. 6: 17. *Futur.* ڏڏڏڏ *m.* mandabit, *Mat.* 4: 6. *Luc.* 4: 10. ڏڏڏڏ *m.* præciperes, 1 *Tim.* 1: 3. ڏڏڏڏ mandabo vobis, 1 *Cor.* 11: 34. ڏڏڏڏ *m.* præciperetis, *Act.* 15: 5. Commendetis, 2 *Cor.* 3: 1.

Ethpaal ڏڏڏڏ *m.* Idem *quod Ethpeel.* ڏڏڏڏ *f.* mandatum est, *Hebr.* 9: 20. ڏڏڏڏ *m.* mandatum acceperunt, *Act.* 23: 31. ڏڏڏڏ *m.* mandatum accepistis, *Col.* 4: 10.

ڏڏڏڏ *m. emph.* Mandatum, præceptum. *Plur. emph.* ڏڏڏڏ mandata, præcepta, *Eph.* 2: 15. *Col.* 2: 22. *Tit.* 1: 14. *Hebr.* 9: 19. 10.

ڏڏڏڏ

ܦܘܩܕܢܐ *m.* Idem. Imperium, edictum, conſtitutio, ordinatio, decretum, commendatio. Imperium, *Tit.* 2: 15. *Emph.* ܦܘܩܕܢܐ mandatum, præceptum, *Matt.* 15: 3 22: 36. 38. *Marc.* 7: 8. 9. 10: 5. 12: 28. 30. 31. Edictum decretum, *Luc.* 2: 1. Mandatum, præceptum, *Joh.* 12: 49. 13: 34. *Act.* 7: 53. 16: 24. *Rom.* 7: 8. 9. 10. 11. 12. 13. Conſtitutio, ordinatio, *c.* 13: 2. Mandatum, præceptum, *v.* 9. 1 *Cor.* 7: 6: 25. *Gal.* 2: 18. 1 *Theſ.* 4: 16. 1 *Tim.* 1: 1. 5. 18. 2: 14. 6: 14. *Tit.* 1: 3. *Hebr.* 7: 5. 18. 2 *Petr.* 2: 21. 1 *Joh.* 2: 7, *ter.* 8. 3: 11. 4: 21. 2 *Joh. verſſ.* 4. 5. 6, *bis.*

ܦܘܩܕܢܗ mandatum meum, *Joh.* 15: 12. ܦܘܩܕܢܗ mandatum ejus *vel* ſuum. *Joh.* 12: 50. *Act.* 17: 26 1 *Joh.* 3: 23. *Affixum hoc* ܐܫܬܕܘ *Rom.* 2: 26. 16: 26. 2 *Petr.* 2: 3.

Plur. ܦܘܩܕܢܐ mandata, præcepta, *Mat.* 22: 40. *Emph.* ܦܘܩܕܢܐ Idem, *Matt.* 5: 19. 15: 9. 19: 17. *Marc.* 7: 7. 10: 19. 12: 29. *Luc.* 18: 20. *Act.* 16: 4. 1 *Cor.* 11: 2. 14: 37. Commendationes, 2 *Cor.* 3: 1. Mandata, præcepta, 1 *Theſ.* 4: 2. 2 *Theſ.* 2: 15. 3: 6. *Apoc.* 22: 14.

ܦܘܩܕܢܝ mandata, præcepta mea, *Joh.* 14: 15. 21. 15: 10. ܦܘܩܕܢܘܗܝ mandata, præcepta ejus *vel* ſua. *Luc.* 1: 6. *Col.* 2: 14. 1 *Joh.* 2: 3. 4. 3: 22. 24. 5: 2. 3. *Affixum hoc abundat Act.* 17: 7. 1 *Cor.* 7: 19. *Apoc.* 12: 17. 14: 12.

ܦܘܩ Expedit, melius, conſultius eſt, *Matt.* 5: 29. 30. 18: 6. 19: 10. 26: 24. *Mar.* 9: 42. 43. 45. 47. 14: 21. *Luc.* 17: 2. *Joh.* 11: 50. 16: 7. 18: 14. 1 *Cor.* 6: 12. 7: 8. 9. 26. 9: 15. 10: 23. 33. 2 *Cor.* 12: 1. 2 *Petr.* 2: 21.

ܦܘܬܐ *f.* Utilis, commoda. Utile, *Phil.* 1: 23. *Hebr.* 13: 17.

ܦܩ *m.* Sciſſus eſt, rimas egit. Strepuit, tonuit. *Chald.* ܒܩܥ Fidit, ſcidit, rupit, fregit; Ruptus, fractus eſt. *Hebr.* ܒܩܥ. *Paël* ܦܩ *m.* Rupit, *Eccleſ.* 38: 29. Complanavit, *c.* 30: 12.

ܦܘܬܐ *f. emph.* Planities, campus, ſolitudo. *Hebr.* ܒܩܥܐ Planities, *Deut.* 3: 10. Solitudo, *Jeſ.* 40: 3. Planities, *Luc.* 3: 4. 5. 6: 17.

ܦܩܝܢ *a.* ܦܩܝܢ *m. emph.* Groſſus, *Jeſ.* 34: 4. *Plur. emph.* ܦܩܝܢܐ groſſi, 2 *Reg.* 4: 39. *Apoc.* 13: 6.

* ܦܩ *Chald.* Obſtruxit, clauſit, abſcondit: obmutuit. *Paël.* ܦܩ *m.* Effutivit, garrivit, blateravit. *Partic. præſ.* ܡܦܩܩܐ *m.* garrientes, *Matt.* 6: 7; *vide Nicol. Full. m. ſcell. libr.* 2. *c.* 16. & *Caſaub. Exercitat.* 14 *ad ann. Baronii pag.* 236 & *Seld. Syn.* I. 467.

ܐܛܘܡ *m. emph.* Impeditus linguâ, blæſus, balbutiens, difficulter loquens, mutus. Mutus, *Exod.* 4: 11. *Jeſ.* 35: 6; *Hebr* ܐܠܡ. *Marc.* 7: 32; *Gr.* μογιλαλος.

ܦܪ *m.* Fructuoſus fuit, fructum edidit, fœtavit. *Hebr.* ܦܪܐ

[*cujus futurum Hiphil* יַפְרִיא **proferet** fructus *extat Hos.* 13: v. ult.] & פָּרַר. *Hinc deducitur Gr.* φέρω, *& Lat.* fero, *item* fruor, fructus.

פִּרְיָא *m. emph.* Fructus, *terræ, arboris, uteri hominis, & animalis. Hebr.* פְּרִי, *Chald.* פִּירִי, פִּירָא, *jod insertum ad indicandum vocalem Tzere. Marc.* 4: 28. 29. *Luc.* 1: 42. *Apoc.* 22: 2.

Plur. פֵּרָוֵי fructus, 1 *Cor.* 14: 14. *Emph.* פִּרְיָא fructus, *Mat,* 3: 8. 10. 7: 17, *bis.* 18, *bis.* 19. 13: 8. 22. 23. 26. 21: 19. 34, *bis.* 41. 43. *Marc.* 4: 7. 8. 19. 20. 11: 14. 12: 2. *Luc.* 3: 8. 9. 6: 43, *bis.* 8: 8. 14. 15. 13: 6. 7. 9. 20: 10. *Joh.* 4: 36. 12: 24. 15: 2, *ter.* 4. 5. 8. 16. *Act.* 2: 30. 14: 16. *Rom.* 6: 22. 7: 4. 5. 2 *Cor.* 9: 10. *Gal.* 5: 22. *Eph.* 5: 11. *Phil.* 1: 11. 22. 4: 17. *Col.* 1: 6. 10. *Tit.* 3: 14. *Philem. v.* 6. *Hebr.* 12: 11. 13: 15. *Jacob.* 3: 17. 18. 5: 7. 2 *Petr.* 1: 8. *Jud. v.* 12. *Apoc.* 22: 2.

פִּרְיֵהּ fructus ejus *vel* sui *m.* *Matt.* 12: 33, *bis. Luc.* 6: 44. 1 *Cor.* 9: 7. *Eph.* 5: 9; *hoc in loco affixum* πλεονάζ. 2 *Tim.* 2: 6.

פִּרְיָהּ fructus sui *f.* *Jacob.* 8: 18. פִּרְיְהוֹן fructus eorum, *Matt.* 7: 16. 20. פִּרְיְכוֹן fructus vestri, *Joh.* 15: 16.

* פַּרְחָא *m. emph.* Pullus *avis, gallinæ, &c.* *Plur. emph.* פַּרְחַיָּא pulli, *Luc.* 2: 24. פַּרְחֵיהוֹן pulli sui, *Mat.* 23: 37. *Luc.* 13: 34. *Hebr.* אֶפְרוֹחִים.

פַּרְגֶלְיוֹן Φραγέλλιον, flagellum, *Joh.* 2: 15; *vide var. Lectiones. Plur.* פַּרְגְלִין flagella, *Matt.* 27: 26.

פָּרַד *Hebr.* Separavit, disjunxit. *Chald.* פְּרַר Idem. *Arab.* فَرَدَ فَرِدَ فَرُدَ Simplex, separatus, solus, unicus, singularis, & incomparabilis fuit *aliqua in re. Conjug.* IV Solum effecit, segregavit, seorsim habuit. *Paël quadratum* פַּרְפֵּד *m.* Separavit, sejunxit.

פַּרְדָּא *f. emph.* Granum. *Sic dictum quod facile ab acervo separetur: Schindlerus. Hebr.* פַּרְדֵּס, *pl.* פַּרְדֵּסוֹת *quasi hinc inde separata & dissita: Buxt. Lex. Hebr. Rabb.* פַּרְדָּא Granum *sive* grana malorum punicorum, *quæ solent separari & exsiccari ad certos usus: Buxt. Lex. Talm. Matt.* 13: 31. 17: 20. *Marc.* 4: 31. *Luc.* 13: 19. 17: 6. *Joh.* 12: 24. 1 *Cor.* 15: 37.

פַּרְדֵּיסָא *m. emph.* Paradisus, locus beatorum, Παράδεισος. *Hebr. & Chald.* פַּרְדֵּס Paradisus, hortus, pomarium. *Arab.* فِرْدَوْس *Luc.* 23: 43. 2 *Cor.* 12: 4. בְּפַרְדֵּיסָא דֶּאֱלָהִי in Paradiso Dei mei, *Apoc.* 2: 7; *affixum* ס *hic* πλεονάζ.

פַּרְדֵּיסֵהּ

Digitized by Google

ڦڦڦڦ Παῤῥησία fiducia, confidentia, audacia. Fiducia, 2 *Cor.* 7: 4. *Eph.* 3: 12. 6: 20. 1 *Thes.* 2: 2. *Philem. v.* 8. 1 *Joh.* 5: 14.

ڦڦڦ *m. emph.* Ferrum. *Hebr.* בַּרְזֶל, *Chald.* פַּרְזֶל, *emph.* פַּרְזְלָא. *Act.* 12: 10. *Apoc.* 2: 27. 9: 9. 12. : 5. 18: 12. 19: 15.

ڦڦڦ *m.* Volavit, evolavit. *Chald.* פְּרַח. *Benoni* ڦڦڦ *m.* volans, *Apoc.* 4: 7. 8: 13. 14: 6. *Fœm.* ڦڦڦ volans: *degenerat & in nomen*, Avis, volucris, volatile. *Emph.* ڦڦڦڦ Mat. 6: 26. 8: 20. 13: 4 32. *Mar.* 4: 4. 32. *Luc.* 8: 5. 9: 58. 13: 19. *Act.* 10: 12. 11: 6. *Rom.* 1: 23. 1 *Cor.* 15: 39. *Apoc.* 18: 2.

Plur. masc. ڦڦڦ volantes, *Apoc.* 19: 17; *vide hîc var. Lect.* *Plur. fœm. emph.* ڦڦڦڦ Aves, volucres, volatilia, *Luc.* 12: 24. *Jacob.* 3: 7. *Apoc.* 19: 17. 21. *Futur.* ڦڦڦ avolaret, *Apoc.* 12: 14; *absque jud paragogico.* Paël ڦڦڦ *m.* Dissipavit, pessundedit, prodegit, profudit. *Arab.* فَرِحَ Lætus & lætatus: *item* protervus fuit. فَرَّخَ Fœtificavit, pullos genuit *vel* habuit, *avis.* Pullulavit, in propagines diffindi cœpit *planta.* Pusillanimus paviduſque fuit *homo, instar pulli. Contra*, Excessit animo *pavor, seu ex ovo pullus. Conjug.* IV Pullos excluſit *avis. Conjug.* X Fœturæ ergo aluit *columbas.* Hinc فَرْخٌ, *Fœm.* ة, Pullus avis; *item* alius animalis; & terræ, *i.e.* germen. Prodegit, *Luc.* 15: 30. *Partic. præs.* ڦڦڦ *m.* dissipans, *cap.* 16: 1; *Gr.* διασκορπίζων.

ڦڦڦڦ volucriter; luxuriosè, prodigè, *Luc.* 15: 13; *Gr.* ἀσώτως.

ڦڦڦڦ ڦڦڦڦ *Lat.* Prætorium, πραιτώριον, *Mat.* 27: 27. *Joh.* 18: 28. *Phil.* 1: 13. *vide varias Lectiones Joh.* 18: 28, *& Gram. Harm. de Dieu pag.* 423.

ڦڦڦ *m. Lat.* Fricuit. *Arab.* فَرَكَ. *Benoni* ڦڦڦ confricabant, *Luc.* 6: 1.

ڦڦڦڦ *Gr.* Πράξεις, actiones, acta, actus. ڦڦڦڦ ڦڦڦڦ liber actuum, actorum, Acta *Apostolorum: in Inscriptione Actor.*

ڦڦڦ *m.* Scidit, rupit. *Hebr.* פָּרַם.

ڦڦڦڦ *m. emph.* Hostia frangenda, Eucharistia: *Schindlerus.*

Lacer,

Digitized by Google

Lacer, sciſſus, *de veſtibus dicitur*: Thus, thuribulum: *Caſtellus.* Thuribulum, *Levit.* 16: 12. *Apoc.* 8: 3. 5. *Plur.* ܦܘܪܟ̈ܐ. *Emph.* ܦܘܪܟ̈ܐ thuribula, *Exod.* 38: 3. *Num.* 4: 14. ܦܘܪܟ̈ܘܗܝ thuribula ejus, *Exod.* 27: 3.

ܦܪܫ *m. Paël quadratum*, Diviſit, diſtribuit; gubernavit, proſpexit, diſpenſavit. 1 *Paral.* 23: 5. *Sap.* 16: 25. *Chald.* ܦܪܢܣ Gubernavit, pavit, ſuſtentavit, aluit.

ܦܘܪܣܐ *m. emph.* Paſtio, paſcuum, ſuſtentatio, alimentum, alimonia, victus. Alimonia, *Act.* 12: 20.

ܦܫ *m.* Pandit, expandit, extendit, ſtravit, proſtravit. & *Chald.* ܦܪܫ, [*Præterea Chaldæis etiam ſignificat* Fregit, ſcidit, diſcidit, partitus eſt, diſtribuit.] *Arab.* فَرَشَ· *Benoni* ܦܪܝܫܝܢ *m.* expandebant, *Luc.* 19: 36.

Paël quadratum ܦܫܦ *m.* Detexit, revelavit, nudavit ignominiam, turpidinem, infamavit, diffamavit. *Aſſumptâ literâ jud quieſcente ut* ܦܫ *in* תחרש, & ܦܫ *in* תרם. Diffamavit, *Col.* 2: 15. *Futur.* ܢܦܫܝܗ diffamare eam, *Matt.* 1: 19; *futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.*

Ethpaal ܐܬܦܫ *m. Paſſiv. præced. Partic.* ܡܬܦܫܢܐ *f.* infamatur, *Act.* 19: 27.

ܦܘܪܣܐ *m. emph.* Portio, demenſum. *Luc.* 12: 42.

ܦܘܪܡ *m.* Modus, forma, *Phil.* 1: 18. *Emph.* ܦܘܪܡܐ.

ܦܘܪܘܡ Φόρον forum. ܦܘܪܘܡ ܐܦܝܦ Appii forum, *nomen loci*, *Act.* 28: 15. *vide notas Belgicas ad hunc locum.*

ܦܬܝܬܐ *f. emph.* Placenta, panis, *etiam* conſecrationis, *Act.* 2: 46. *Eſt nomen formæ* Peïl.

ܦܘܪܣܐ *m. emph.* Revelatio, patefactio rerum opertarum, nudatio *in malum*, diffamatio, ignominia; pudenda *ſeu* verenda. Ignominia, *Apoc.* 16: 15. Pudenda, *Lev.* 20: 11. ܦܘܪܣܝܗ pudenda ejus *m. v.* 17.

Digitized by Google

ضَبَّ *m.* Recompenſavit, reddidit, rependit, reſtituit, retribuit, retulit, ſolvit, perſolvit, ſatisfecit. Percuſſit, *Lat.* feriit. *Deinde ſignificat* Germinavit, pullulavit, propullulavit: *ex Hebr.* פָּרַץ Erupit: *Crineſius.* ץ *in* ض *mutato.* *Chald.* פְּרַע Rependit, retribuit, reddidit, ſolvit debitum: Nudavit. *Arab.* فَرَعَ Ramos emiſit *arbor*, pullulavit. ضَبَّحْ *f.* reddidit, *Apoc.* 18: 6. ضَبُّوا *m.* germinarunt, *Marc.* 13: 28. *Benoni* ضَابُّ *m.* ſolvens, *Matt.* 18: 26. 29. Reſtituens, *Luc.* 19: 8. Rependens, *Rom.* 2: 6. Reddens, 2 *Tim.* 4: 14. Rependens, *Philem. v.* 19.

Plur. maſc. ضَابِّين propullulantes, *Matt.* 24: 32.

Infinit. ضَابُّوتَا ad ſolvendum, *Matt.* 18: 25. Ad reddendum, *Luc.* 7: 42. Rependere, 1 *Theſ.* 3: 9. Ad retribuendum, *Apoc.* 22: 12.

Imperat. ضُبَّ *m.* reddite, *Rom.* 13: 7. ضُبَّتَهْ reddite ei, *Apoc.* 18: 6. ضُبَّلِي rependite mihi, 2 *Cor.* 6: 13.

Futur. يَضُبَّ *m.* rependet, *Matt.* 16: 27. Solveret, *c.* 18: 25. Redderet, *v.* 34. Rependet, *Rom.* 2: 8. Reddat, 1 *Cor.* 7: 3. Rependat, 1 *Theſ.* 5: 15. 2 *Theſ.* 1: 6.

يَضِيضِحَ quam, *nim. coronam*, rependet, 2 *Tim.* 4: 8; *eſt hîc affixi pleonaſmus.* يَضِيكُ rependet tibi, *Matt.* 6: 4. 6. 18. ضُبَّ *c.* rependam, *Hebr.* 10: 30. يَضِبُّونَ *m.* rependant, 1 *Tim.* 5: 4. يَضِبُّونُ retribuant tibi, *Luc.* 14: 14. يَضِبُّونَ *m.* rependatis, *Rom.* 4: 17. 1 *Petr.* 3: 9.

Ethpeel ضْتَبَّ *m.* Retributionem accepit, reportavit, remuneratus; ultus eſt, vindicavit; punitus eſt, pœnas luit. ضْتَبِّينَ *c.* retributionem accepimus, *Luc.* 23: 41. *Partic.* مِضْتَبَّ *m.* reportabit, *Eph.* 6: 8. Retributionem accipiet, *Col.* 3: 25. *Futur.* يِضْتَبَّ *m.* reportet, 2 *Cor.* 5: 10. يِضْتَبُّونَ *m.* punientur, 2 *Theſ.* 1: 9. Retributionem accipiant, *Luc.* 6: 34. يَضْتَبُّونَ *m.* retributionem accipietis, *ibid.* Remunceremini, 2 *Joh. v.* 8.

Aphel أَضَبَّ *m.* Pullulavit, germinavit, fronduit, floruit. Germinaverat, *Hebr.* 9: 4. *Partic. præſ.* مُضَبِّينَ *m.* pullulantes, *Luc.* 21: 30.

مُضَبَّنَا *m. emph.* Remunerator, *Hebr.* 11: 6.

Digitized by Google

פְּרָעָא *m. emph.* Retributio, remuneratio, compensatio; ultio, vindicta. Retributio, *Luc.* 14: 12. Ultio, *Rom.* 1: 27. Retributio, *Col.* 3: 24. *Hebr.* 2: 2. 1 *Petr.* 1: 9.

Constr. לְפָרָעָא retributio præmii, *Hebr.* 11: 26. *Cum aff.* פָּרָעָךְ retributio tua, *Luc.* 14: 14. פָּרָעָהוֹן retributio eorum, *Rom.* 11: 9.

פְּרְפַּל *m. Pael quadratum*, Murmuravit, subsannavit. Delectatus, deliciatus est. *Ethpaal* אִתְפַּרְפַּל Idem. *Item* Lascivivit. *Partic.* מִתְפַּרְפְּלִין *m.* lascivientes, *Jud. v.* 12.

פַּרְצוּפָא *m. emph.* *Gr.* Πρόσωπον, persona, vultus, aspectus, facies, effigies, figura, species. *Chald.* פַּרְצוּף, *emph.* פַּרְצוּפָא. Facies, *Matt.* 16: 3. *Luc.* 12: 56. *Apoc.* 4: 7. 6: 16. 10: 1. 12: 14. 22: 4. *Constr.* פַּרְצוּפָא דִּמְכִיכוּתָא species humilitatis, *Col.* 2: 23. *Cum aff.* פַּרְצוֹפֵהּ facies ejus, *Mat.* 17: 2. 18: 10; *hoc in loco affixum* πλεονάζει. *c.* 27: 30. *Apoc.* 20: 11. פַּרְצוֹפָךְ facies tua, *Mat.* 11: 10. *Plur. emph.* פַּרְצוֹפַיָּא personæ, *Jud. v.* 16. Facies, *Apoc.* 7: 11. 9: 7, *bis.* 11: 16. פַּרְצוֹפֵיהוֹן vultus sui, *Matt.* 6: 16.

פְּרַק *m.* Redemit, salvavit, servavit, liberavit, eripuit: Abiit, abscessit, discessit, recessit, secessit; separavit, disjunxit, sejunxit, segregavit, elongavit; separavit, sejunxit, segregavit se, abstinuit, abstitit. Secutus, sectatus est. *Hebr.* פָּרַץ & *Chald.* פְּרַק Rupit, abrupit, disrupit, *Lat.* fregit, *Teut.* brechen / *Belg.* breken. *Arab.* فَرَقَ פְּרַק Separavit, distinxit *inter duas res.* Abiit, *Mat.* 26: 39. Recessit, *Luc.* 4: 13. Secessit, *c.* 22: 41. Separavit se, *Act.* 1: 25. Discessit, *c.* 12: 10.

פְּרַקְיַת liberabat eum, *Act.* 7: 10. פְּרַקְנָא eripuit nos, 2 *Cor.* 1: 10. Redemit nos, *Eph.* 2: 5. *Col.* 1: 13. פְּרַקְתֵּהּ servavi eum, *Act.* 23: 27. פָּרְקוּ *m.* discesserunt, *c.* 22: 29. Secessissent, *c.* 26: 31.

Benoni פָּרֵק *m.* eripiens, 2 *Cor.* 1: 10. *Fœm.* פָּרְקָא abscedens, *Luc.* 2: 37. Discedens, *c.* 9: 39. *Plur. masc.* פָּרְקִין discedebant, *Act.*

Digitized by Google

Act. 19: 12. *Peïl* ܦܫ *m.* distans, *Act.* 1: 12. Absens, *Phil.* 1: 27. *Col.* 2: 5. Separatus, *Hebr.* 7: 26. *Emph.* ܦܫܐ redemptus, 1 *Petr.* 2: 9. *Fœm.* ܦܫܬܐ distans, *Luc.* 24: 13. Dissita, *Joh.* 11: 18. *Plur. masc.* ܦܫܝܢ abstinentes, *Act.* 15: 20. Remoti, 1 *Thes.* 4: 3. Disjuncti, sejuncti, separati, semoti, 2 *Thes.* 3: 6.

Infinit. ܠܡܦܫܘ ad liberandum eum, *Matt.* 27: 49.

Imperat. ܦܫ *m.* discede, *Luc.* 5: 8. ܦܫܢܝ serva me, *Mat.* 14: 30. ܦܫܢ serva nos, *Luc.* 11: 4. ܦܫܘ *m.* secedite, *Mat.* 9: 24. Discedite, *Luc.* 13: 27. Abstinete, absistite, *Act.* 5: 38.

Futur. ܢܦܫ *m.* discedat, 2 *Tim.* 2: 19. Liberare, 2 *Petr.* 2: 9; *est hîc futurum cum præfixo* ܠ *loco infinitivi.* ܢܦܫܘ liberet eum, *Mat.* 27: 43. *Luc.* 24: 21; *hoc in loco affixum* πλεονάζει. ܢܦܫܢ redempturus esset nos, *Luc.* 1: 71. *Tit.* 2: 14. ܐܦܫ *c.* liberem, *Act.* 7: 34. ܢܦܩܝܢ *m.* discedent, *Act.* 1: 4. 21: 21. 1 *Tim.* 4: 1. 2 *Tim.* 2: 26. ܬܦܩܘܢ *m.* discedatis, *Hebr.* 13: 12.

Ethpeel ܐܬܦܫ *m.* Separavit se, recessit, elongatus: redemptus, salvatus, servatus, liberatus est. ܐܬܦܫܘ *m.* salvatæ sunt *gentes*, *Apoc.* 21: 24; *vide var. Lect.* ܐܬܦܫܬܘܢ *m.* redempti estis, 1 *Petr.* 1: 18. ܐܬܦܫ *c.* redempti sumus, *Eph.* 2: 8. *Futur.* ܢܬܦܫ *c.* servaremur, *Luc.* 1: 74.

Paël ܦܫ *m.* Sejunxit, separavit, removit; agitavit: sectatus est. *Futur.* ܢܦܩ *f.* sectentur, *a.* agitent, 1 *Tim.* 5: 13.

Ethpaal ܐܬܦܠ Idem *quod Ethpeel.* *Imperat.* ܐܬܦܘ *m.* separate vos, 1 *Petr.* 2: 11; *hoc ad Ethpeel referri posset.* *Futur.* ܢܬܦܠ *m.* libereris, *Luc.* 12: 58.

Aphel ܐܦܫ *m.* Amovit, removit, separare, abstinere fecit; abstinuit, discessit. *Partic. præs.* ܡܦܫܝܢ *m.* abstinere facientes, 1 *Tim.* 4: 3. *al.* abstinentes. *Futur.* ܢܦܫ *m.* discederet, 2 *Cor.* 12: 8; *al.* removeret.

ܦܘܩܐ *m. emph.* Redemptor, Salvator, Servator, Liberator. Servator, *Luc.* 2: 11. Liberator, *Act.* 7: 35. Redemptor, *c.* 13: 23. *Rom.* 11: 26. 1 *Joh.* 4: 14. ܦܘܩܢ Salvator noster, 2 *Petr.* 1: 1. 11 2: 20. 3: 2. 18. *Jud. v.* 25.

Digitized by Google

ܦܘܪܩܢܐ *m. emph.* Salus, ſalutare, redemptio, liberatio. Redemptio, *Matt.* 20: 28. *Marc.* 10: 45. Salus, *Luc.* 1: 68. 69. *Act.* 4: 12. Liberatio, *c.* 7: 25. Redemptio, *c.* 28: 28. *Rom.* 3: 24. 8: 23. 1 *Cor.* 1: 30. *Eph.* 1: 7. 14. 4: 30. Salus, *c.* 6: 17. Redemptio, *Col.* 1: 14. 1 *Tim.* 2: 6. *Hebr.* 9: 12. 15. Salus, 2 *Petr.* 3: 15. *Apoc.* 7: 10. 12: 10. 19: 1.

ܦܘܪܩܢܗ liberatio ejus, *Luc.* 2: 38; *affixum hîc abundat.* ܦܘܪܩܢܟܝ liberatio veſtra, *Luc.* 21: 28.

ܦܪܩܠܛܐ *Gr.* Παράκλητος Paracletus, Advocatus. Paracletus, *Joh.* 14: 16. 15: 26. 16: 7. Advocatus, 1 *Joh.* 2: 1.

ܦܪܫ *m.* Separavit, ſegregavit, decrevit, diſcrevit, ſecrevit, diſtinxit, differre, diviſit, impertitus eſt, diſcuſſit, diſputavit, decidit, definivit, deſtinavit, determinavit, judicavit, dijudicavit, declaravit, expoſuit, interpretatus eſt, explanavit; abſceſſit, diſceſſit, receſſit, ſeparavit ſe. *Hebr.* פָּרַשׂ expoſuit. *Arab.* فَرَشَ expandit. Separavit, *Luc.* 10: 1. Abſceſſit, *Act.* 13: 13. Diſcrevit, *Act.* 15: 9. Definivit, *c.* 17: 26. 31. Diſtinxit, *Rom.* 10: 12. Diſcrevit, *c.* 14: 22. 1 *Cor.* 11: 29. Separaſſet, *Gal.* 2: 12. Differt, *c.* 4: 1. Separavit, impertitus eſt, *Hebr.* 7: 2.

ܦܪܫ ܠܘܬ ܡܢ *quam* præfinierat, 1 *Cor.* 2: 7; *relativum* ܡܢ *ex præcedente membro ſubintelligitur, & affixi eſt pleonaſmus.* ܦܪܫܢ ſegregavit me, *Gal.* 1: 15. ܦܪܫ *m.* diſceſſerunt, *Luc.* 17: 18. Decreverunt, *Act.* 11: 29. ܦܪܫ *c.* diſceſſimus, *c.* 21: 1.

Benoni ܦܳܪܶܫ *m.* diſcernens, *Rom.* 2: 18. Separans ſe, 1 *Cor.* 7: 15. *Plur.* ܦܪܫܝ *m.* diſcernentes, *Luc.* 12: 56. *Rom.* 12: 2. *Eph.* 5: 10. *Phil.* 1: 10. 1 *Joh.* 2: 20; [*quædam editiones hoc in loco habent nomen participiale* ܦܪܫܐ diſcernentes: *vide var. Lect. & Gram. Harm. de Dieu pag.* 197. 198.] *Cap.* 4: 1. *Peil* ܦܪܺܝܫ *m.* ſeparatus, diſtinctus, deſtinatus, *Act.* 2: 23. ܦܪܺܝܫ ܠ indiſtinctus, 1 *Cor.* 14: 8. ܡܦܪܫ ܠܘܬ prædeſtinatus erat, 1 *Petr.* 1: 20.

Infinit. ܠܡܦܪܫ diſcedere, *Luc.* 9: 33; *paragogico* ܐ *præter morem addito: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 199. ܠܡܦܪܫ ad diſcernendum, *Hebr.* 5: 14. *Imperat.* ܦܪܫ *m.* ſeparate, *Act.* 13: 2. *Futur.* ܢܦܪܫ *m.* ſeparet ſe, 1 *Cor.* 7: 15. ܢܦܪܫܢ ſeparabit me, *Rom.* 8: 35.

Digitized by Google

8: 35. ܢܶܦܪܘܿܫ *f.* separabit se, 1 *Cor.* 7: 10. 11. ܢܶܬܦܪܫ discernet id, *c.* 3: 13. ܠܶܦܪܘܿܫ discernere, *Mat.* 16: 3. *Luc.* 12: 56; *est in his locis futurum cum præfixo dolath pro infinitivo.*

Ethpeel ܐܶܬܦܪܫ *m.* Separatus, segregatus, sejunctus, discretus, distinctus, definitus, destinatus est; disjunxit, separavit se. Definitum est, *Luc.* 22: 22. Destinatus est, *Act.* 10: 42. Segregatus fuit, *Rom.* 1: 1. ܐܶܬܦܪܫ *m.* separati, sejuncti sunt, *Apoc.* 6: 14; *Gr.* ἀπεχωρίσθη. *Partic.* ܡܬܦܪܫ *m.* discernuntur, 1 *Joh.* 3: 10. *Imperat.* ܐܶܬܦܪܫ *m.* separate vos, 2 *Cor.* 6: 17. *Futur.* ܢܶܬܦܪܫ *m.* separetur, 2 *Thes.* 3: 14 *Quæ Petschcho habent ad primam radicalem ea quidam Conjug. Ethpaal esse statuunt.*

Paël ܦܪܫ *m.* Separavit, segregavit, discussit, dijudicavit. *Partic. præs.* ܡܦܪܫ *m.* separans, *Matt.* 25: 32. *Plur.* ܡܦܪܫܝ *m.* separantes, *Luc.* 6: 22. Discutientes, *Act.* 17: 11. Segregantes, *Jud. v.* 19. *Partic. præt.* ܦܪܝܫ *m.* separatus, distinctus; diversus. *Fœm. emph.* ܦܪܝܫܬܐ diversa, 1 *Petr.* 4: 10.

Futur. ܢܦܪܫ *m.* separabit, *Matt.* 19: 6. 25: 32. *Marc.* 10: 9. ܢܦܪܫܘ *m.* separabunt, *Matt.* 13: 49. Dijudicent, 1 *Cor.* 14: 29. *Aphel* ܐܦܪܫ *m.* Punxit. 3 *Mac.* 6: 12. *Hebr. Hiphil* idem, *Prov.* 23: 32.

ܦܪܝܫܐ *m. emph.* Pharisæus *qs. vitæ sanctitate, cultu & moribus ab aliis* separatus: *est enim per se* Peil Peal. *Act.* 23: 6. *Plur. emph.* ܦܪܝܫܐ Pharisæi, *Matt.* 3: 7. 5: 20. *&c. A* ܦܪܝܫܐ, *interposità literâ* ܝ *cum Dsekopho, formatur*

ܦܲܪܝܼܫܳܐ *m. emph.* Pharisæus, *Phil.* 3: 5.

ܦܘܼܪܫܳܢܳܐ *m.* Separatio, distinctio, discretio, discrimen, differentia, divisio. Discrimen, 1 *Cor.* 12: 2. *Emph.* ܦܘܼܪܫܳܢܳܐ discrimen, *Rom.* 3: 22. 1 *Cor.* 7: 34. Distinctio, *c.* 14: 7. Divisio, *Hebr.* 4: 12.

Plur. emph. ܦܘܼܪܫܳܢܶܐ differentiæ, *Eph.* 3: 10.

ܦܘܼܪܫܳܢܳܐ *f. emph.* separatio, distinctio, discretio, 1 *Cor.* 12: 10.

ܦܲܪܫܳܐ *m. emph.* Eques. *Hebr.* & *Chald.* פָּרָשׁ. *Sic dictus à pungendo, quod equum calcaribus pungat: vide Buxt. Lex. Hebr.* & *Talm.* *Plur. emph.* ܦܲܪܫܶܐ equites, *Act.* 23: 23. 32.

Digitized by Google

ڤڤڤڤ *f. emph.* Equitatus, *Apoc.* 9: 16.

ڤڤڤڤ *m. emph.* Interpres, judex. *Plur. emph.* ڤڤڤڤ interpretes, *al.* Judices, *Jacob.* 2: 4.

ڤڤ *m.* Rupit, dilaceravit, diviſit: *Schindlerus.* *Ethpeel* ڤڤڤڤ *m.* Ruptus, diſruptus, diſciſſus, exenteratus eſt; crepuit. *Job.* 32: 19. *Hoſ.* 14: 1. *Act.* 1: 18. *Paël* ڤڤ *m.* Rupit, perrupit, diſrupit. *Chald.* בְּרַר.

ڤڤڤڤ *m. emph.* Fragmentum, mica. *Plur. emph.* ڤڤڤڤ micæ, *Matt.* 15: 27. *Marc.* 7: 28. *Luc.* 16: 21.

ڤڤ *m.* Mancus, mutilus fuit. *Paël* ڤڤ *m.* mutilavit: *Schindlerus.*

ڤڤ *m.* Mancus, mutilus, *Matt.* 18: 8. *Emph.* ڤڤ mutilus, *Marc.* 9: 43. *Plur. emph.* ڤڤڤڤ mutili, *Matt.* 15: 30. 31.

ڤڤڤ *m.* Fidit, diffidit, diffregit, diſſecuit, dilaceravit, diſcerpſit, divulſit. *Chald.* פְּשַׁח. *Ethpeel* ڤڤڤڤ *m.* Sciſſus, diſciſſus, abſciſſus, amputatus eſt. ڤڤڤڤ *m.* amputatus fuiſti, *Rom.* 11: 24. ڤڤڤڤ *m.* amputati ſunt, *v.* 20. ڤڤڤڤ *f.* amputati ſunt *rami*, *verſſ.* 17. 19. *Futur.* ڤڤڤڤ *m.* amputaberis, *v.* 22.

Paël ڤڤڤ *m.* Idem *quod* *Peal.* *Hebr.* פְּשַׁח, *Chald.* פְּשַׁח, *Arab.* فَشَخَ Diſſecuit, diviſit: *Schindlerus.* *Futur.* ڤڤڤڤڤ *m.* diſcerperent eum, *Act.* 23: 10; *affixum hîc* περισπᾶται.

ڤڤ *m.* Expandit, extendit. *Chald.* פְּשַׁט, *Arab.* بَسَطَ Extendit, *Matt.* 8: 3. 12: 13. 49. 14: 31. *Marc.* 1: 41. 3: 5. *Luc.* 5: 13. 6: 10. *Act.* 26: 1. ڤڤڤ *c.* expandi, *Rom.* 10: 21. *Peïl* ڤڤڤ *m.* Protenſus, extenſus, rectus, erectus; *& in nomen degenerat*, largus; ſimplex. Erectus, *Sever. lib. Rit. pag.* 89. *Emph.* ڤڤڤ ſimplex, *Col.* 3: 22. Rectum *ſceptrum*, *Hebr.* 1: 8. *Fœm.* ڤڤڤ ſimplex, *Mat.* 6: 22. *Luc.* 11: 34. *Plur. maſc. emph.* ڤڤڤڤ ſimplices, *Rom.* 16: 18.

Imperat. ڤڤڤ *m.* extende, *Mat.* 12: 13. *Marc.* 3: 5. *Luc.* 6: 10. *Futur.* ڤڤڤڤ *m.* extendes, *Joh.* 21: 18.

Ethpeel

Digitized by Google

Ethpeel ܐܬܚܡܝ *m.* Expanſus, extenſus eſt; expandit, extendit, erexit ſe, *Joh.* 8: 7; *Gr.* ἀνακύψας. ܐܬܚܡܝ *f.* extendit ſeſe, *Luc.* 13: 13; *Gr.* ἀνωρθώθη. *Futur.* ܢܬܚܡܝ ſeſe extendere, *v.* 11; *Gr.* ἀνακύψαι: *eſt hîc futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.*

ܚܘܫܚܐ *f. emph.* Simplicitas, *Rom.* 12: 8. 2 *Cor.* 1: 12. 9: 11. 11: 3. *Conſtr.* ܚܘܫܚܐ ܕܠܒܐ ſimplicitas cordis, *Eph.* 6: 5. *Cum aff.* ܚܘܫܚܗܘܢ ſimplicitas eorum, 2 *Cor.* 8: 2. ܚܘܫܚܟܝ ſimplicitas veſtra, *c.* 9: 13.

ܒܚܘܫܚܐ Simpliciter, *Jac.* 1: 5; *potiùs*, Extenſive, largiter.

ܚܡܪ *m.* Menſus eſt palmo; tepuit; plauſit; dubitavit.

Paël ܚܡܪ *m.* Dubitavit; ſuſpicatus eſt. *Ethpaal* ܐܬܚܡܪ *m.* Dubitavit, hæſitavit.

ܚܡܪ *m.* Palmus, ſpithama. *Al.* lichas, *ſ. intervallum inter pollicem & indicem extenſos. Chald.* ܦܫܝܟ.

ܚܡܪܐ *m.* Ambiguitas, dubitatio; ſuſpicio; comploſio; perplexitas. *Emph.* ܚܡܪܬܐ. *Conſtr.* ܚܡܪܐ ܕܐܝܕܐ comploſio manuum, *Luc* 21: 25; *in Pariſ. maj. & Angl. edit. redditur*, perplexitas manuum.

ܚܡܨ *m.* Facile fuit: *Crineſius. Paël* ܦܫܩ *m.* Explicavit, expoſuit; interpretatus eſt; vertit, convertit, tranſtulit, *dicitur de idiomate.* Facilè reddidit. *Partic. præſ.* ܡܦܫܩ *m.* interpretans, *Marc.* 4: 34. *Luc.* 24: 27. 32. Explicans, *Act.* 17: 3. Interpretans, 1 *Cor.* 14: 5. 28. *Plur. maſc.* ܡܦܫܩܝܢ interpretantes, 1 *Cor.* 12: 30. *Partic. præt.* ܡܦܫܩܬܐ *f.* interpretatione expoſitus, explicatus *ſermo*, *c.* 14: 9. *Infinit.* ܠܡܦܫܩܘܬܐ ad exponendum eum *ſermonem*, *Hebr.* 5: 11. *Imperat.* ܦܫܩ *m.* explica, *Matt.* 13: 36. Expone, *c.* 15: 15. *Futur.* ܢܦܫܩ *m.* interpretetur, 1 *Cor.* 14: 13. 27. *Ethpaal* ܐܬܦܫܩ *m.* *Paſſiv. præced.* *Partic.* ܡܬܦܫܩ *m.* exponitur, *Hebr.* 7: 2. *Fœm.* ܡܬܦܫܩܬ vertitur, *Mat.* 27: 33. *Marc.* 15: 22.

ܚܡܝܨ *m.* Facilis, e; mollis, e. Facile, *Mat.* 9: 5. *Mar.* 10: 25. *Luc.* 16: 17. *Rom.* 7: 18. *Fœm.* ܚܡܝܨܬ facile, *Marc.* 2: 9. *Luc.* 5: 23.

ܒܚܘܫܚܐ

פְּשִׁיטְתָּא Facilè, expeditè; explicatè, clarè, perſpicuè, expreſſè, planè, *Marc.* 7: 35. Explicatè, *Joh.* 11: 14. Clarè, 1 *Tim.* 4: 1.

פְּשַׁרְתָּא *m. emph.* Explicatio, interpretatio, converſio unius linguæ in aliam. Interpretatio, 1 *Cor.* 12: 10. 14: 26.

* פְּשַׁר *Chald.* Interpretatus eſt, expoſuit, declaravit. 2. Calefactus, tepefactus eſt, tepuit. 3. Liquefactus, diſſolutus fuit. 4. Ruminavit. *Syr.* ܦܫܪ *m.* Idem *quod* 1. 3. & 4. *Chald.*

פַּשְׁרָא *m. emph.* Interpres ſomniorum, verboſus, garrulus; tepidus; ruminans, concoquens. *Chald.* פְּשׁוֹר, *emph.* פְּשׁוֹרָא. Tepidus, *Apoc.* 3: 16. מַיָּא פְּשׁוֹרֵי aquæ tepidæ, *Targ. Eccl.* 2: 8.

פַּשׁ *m.* Latus, dilatatus fuit. *Chald.* פְּתַח. *Paël* פַּשֵּׁשׁ *m.* Dilatavit, laxavit. *Aphel* אַפְשֵׁשׁ *m.* Idem. *Ettaph.* אִתְפַּשַּׁשׁ *m.* Paſſiv. *præced.*

פַּשׁ *m.* Latus, ſpatioſus, amplus. *Nomen formæ* Peïl *Peal.* Lata *porta*, Matt. 7: 13. *Emph.* פַּשְׁתָּא lata *platea*, *Apoc.* 11: 8.

פַּשְׁיָא *m. emph.* Latitudo. *Chald.* פְּתָא, *emph.* פְּתְיָא. *Eph.* 3: 18. *Apoc.* 21: 16, *bis.* פַּשְׁיָהּ latitudo ejus, *c.* 20: 9; *affixum hîc* πλατεῖα.

* פַּתְגָּם *m. emph.* Res, negotium, verbum, reſponſum, ratio, cauſa, opus, aliquid, quidpiam. Acies *gladii vel cultri.* *Hebr.* פִּתְגָּם, & *Chald.* פְּתִגָּם, *emph.* פִּתְגָּמָא. Verbum, Mat. 15: 23. Reſponſum, *c.* 22: 46. 26: 62. Verbum, *c.* 27: 12. Reſponſum, *v.* 14. *Marc.* 12: 28. 34. 14: 60. 15: 4. 5. *Luc.* 14: 6. 22: 68. 23: 9. *Joh.* 1: 22. 18: 22. 19: 9. *Act.* 15: 4. *Rom.* 9: 20. Verbum, *c.* 10: 8. Ratio, *c.* 14: 12. Reſponſum, *Col.* 4: 6. *Ratio*, *Hebr.* 4: 13. 1 *Petr.* 4: 5.

Conſtr. פִּתְגָּם יְיָ verbum Dei, *Luc.* 4: 4. *Cum aff.* פִּתְגָּמֵהּ reſponſum ejus, *c.* 20: 26. פִּתְגָּמֵהּ ratio ejus, *Mat.* 12: 36. *Plur. cum aff.* פִּתְגָּמוֹהִי reſponſa ejus, *Luc.* 2: 47.

פְּתַח *m.* Aperuit, adaperuit; ſolvit, retexit, pandit, explicavit; ſtrinxit *gladium*; aravit. *Hebr.* פָּתַח, *Chald.* פְּתַח, *Arab.* فَتَحَ. Aperuit, *Mat.* 5: 2. *Luc.* 4: 17. 24: 45. *Act.* 5: 19. 8: 32. 35. 10: 34. 16: 14. *Apoc.* 6: 1. 3. 5. 7. 9. 12. 8: 1. 9: 2. 13: 6.

פְּתַח

ܐܦܬ *f.* aperuit, *Act.* 12: 14. *Apoc.* 12: 16. ܬܐܦܬ aperuit id *alabaſtrum*, *Marc.* 14: 3. ܐܦܬ *m.* aperuerunt, *Mat.* 2: 11. ܐܦܬ *c.* aperuimus, *Act.* 5: 23.

Benoni ܦܬܐ *m.* adaperiens, *Luc.* 2: 23. Aperiens, *Joh.* 10: 3. *Apoc.* 3: 7, *bis.* *Peïl* ܦܬܝ *m.* apertum *os*, 2 *Cor.* 6: 11. Apertus, *Apoc.* 10: 8. Apertum *cœlum*, *c.* 19: 11. *Emph.* ܦܬܝܐ *m.* apertum *oſtium*, *c.* 3: 8. 4: 1. Apertus *libellus*, *c.* 10: 2. *Plur. maſc.* ܦܬܝܡ aperti, *Joh.* 1: 51. *Act.* 7: 56. 10: 11. Apertæ *fores*, *c.* 16: 27. *Emph.* ܦܬܝܬܐ *m.* aperta, patentia *ſepulchra*, *Rom.* 3: 13. *Plur. fœm.* ܦܬܝܬܝ aperti *oculi*, *Act.* 9: 8.

Infinit. ܠܡܦܬܐ aperire, *Apoc.* 5: 2. 3. 4. 9. *Imperat.* ܦܬܐ *m.* aperi, *Mat.* 17: 27. 25: 11. *Luc.* 13: 25. *Act.* 22: 13. *Futur.* ܢܦܬܐ *m.* aperiet, *Act.* 18: 14. *Col.* 4: 3. *Apoc.* 3: 20. 5: 5. ܐܦܬܐ *c.* aperiam, *Mat.* 13: 35. ܢܦܬܝܢ *m.* aperiant, *Luc.* 12: 36. *Ethpeel* ܐܬܦܬܐ *m.* *Paſſiv. præced.* Apertum eſt *cœlum*, *Mat.* 3: 16. *Os*, *Luc.* 1: 64. *Cœlum*, *c.* 3: 21. Aperta eſt *janua*, *Act.* 12: 10. Apertum eſt *oſtium*, 1 *Cor.* 16: 9. 2 *Cor.* 2: 12. *Templum*, *Apoc.* 11: 19. 15: 5. Apertus eſt *liber*, *c.* 20: 12.

ܐܬܦܬܘ *m.* aperti ſunt, *Apoc.* 20: 12. *Partic.* ܡܬܦܬܐ *m.* aperitur, *Mat.* 7: 8. *Luc.* 11: 10. *Imperat.* ܐܬܦܬܐ *m.* adaperitor, *Mar.* 7: 34; *Gr.* ἐφφαθὰ, ὅ ἐστι, διανοίχθητι: *ad Ethpeel etiam retulit de Dieu in Gram. Harm. pag.* 215; *Troſtius*, *Caſtellus*, *Gutbier*, *in Lexicis ſuis conjugationi Ethpaal adſcripſerunt.*

Futur. ܢܬܦܬܐ *m.* aperietur, *Matt.* 7: 7. *Luc.* 11: 9. ܢܬܦܬܐ *f.* aperiatur, *Rom.* 1: 10; *abſque jud paragogico.*

Paël ܦܬܐ *m.* Idem *quod Peal.* Aperuit, *Joh.* 9: 14. 21. 26. 30. *Infinit.* ܠܡܦܬܐ aperire, *c.* 10: 21. *Futur.* ܢܦܬܐ *m.* aperias, *Act.* 26: 18.

Ethpaal ܐܬܦܬܐ *m.* Idem *quod Ethpeel.* ܐܬܦܬܘ *m.* aperti ſunt, *Mat.* 20: 34. 27: 52. *Marc.* 7: 35. *Apoc.* 20: 12; *ita hoc in loco legitur in Pariſ. & Angl. editionibus.* ܐܬܦܬܐ *f.* Aperti ſunt *oculi*, *Mat.* 9: 30. *Luc.* 24: 31. *Joh.* 9: 10. *Act.* 9: 18. 22: 13.

Futur. ܢܬܦܬܝ *f.* aperiantur *oculi*, *Matt.* 20: 33. *Act.* 9: 12. 17. *Hoc ipſum ratione formæ æquè convenit conjugationi Ethpeel quàm Ethpaal.*

Digitized by Google

ܦܬܝܐ *m. emph.* Apertio. *Est & nomen vocalis primæ.*

ܦܬܚܐ *m.* Apertio. *Hebr.* פְּתִחָה. *Chald.* פְּתַחְתָּא. *Eph.* 6: 19.

ܦܬܝ *m.* Miscuit, commiscuit. *Chald.* פְּתַךְ. Peïl ܦܒܝܟ *m.* mixti, *Apoc.* 8: 7.

ܦܬܟܐ *m. emph.* Idolum, imago, simulacrum. *Chald.* פְּתִכַּר, *emph.* פְּתִכְרָא. Idolum, 1 *Cor.* 8: 4. 10: 19, *bis.* *Plur. emph.* ܦܬܟܐ idola, simulacra: *Act.* 7: 41. 17: 16. *Rom.* 2: 22. 1 *Cor.* 8: 1. 4. 7. 12: 2. *Apoc.* 9: 20.

ܦܬܟܐ ܥܒܕ colens *f.* cultor idolorum, idololatra, 1 *Cor.* 5: 11. *Eph.* 5: 5. ܥܒܕܬ ܦܬܟܐ colentes, *f.* cultores idolorum, idololatræ, 1 *Cor.* 5: 10. 6: 9. 10: 7. *Apoc.* 21: 8. 22: 15. ܒܢܬ ܦܬܟܐ filii idolorum, *i. e.*, idololatræ, c. 2: 14. 20; *vide utriusque loci varias Lectiones.* ܦܬܟܐ ܦܠܚܢܐ cultus idolorum, idololatria, 1 *Cor.* 10: 14. *Gal.* 5: 20. ܦܬܟܐ ܕܚܠܐ timor idolorum, idololatria, *Col.* 3: 5. 1 *Thes.* 1: 9. 1 *Joh.* 5: 21.

* ܦܬܟ ܦܘܠܣܐ *m. emph.* Caupona, hospitium, diversorium, *Luc.* 10: 34.

ܦܘܠܣܐ *m. emph.* Caupo, hospes, *Luc.* 10: 35.

* ܦܬܘܪ ܦܘܬܐ *m. emph.* *Per metathesin* Τράπεζα mensa, mensa *numularia, in qua pecuniæ commutantur.* *Chald.* פְּתוֹר, *emph.* פְּתוֹרָא. *Matt.* 25: 27. *Luc.* 19: 23. 22: 21. 30. *Act.* 16: 34. 1 *Cor.* 10: 21, *bis.* *Hebr.* 9: 2.

ܬܘܦܬܗ mensa ejus, *Matt.* 12: 4. *Marc.* 2: 26. *Luc.* 6: 4; *affixum* ܗ πλεονάζει. ܬܘܦܬܗ mensa ejus, *Luc.* 16: 21; *& hîc affixum est pleonasticum.* ܬܘܦܬܗܘܢ mensa eorum, *Rom.* 11: 9.

Plur. emph. ܦܬܘܬ mensæ, *Matt.* 15: 27. 21: 12. *Marc.* 7: 28. 11: 15. *Act.* 6: 2. ܦܬܘܬܗܘܢ mensæ eorum, *Joh.* 2: 15.

ג

ܓܙ *m.* Sorduit, sordidus, fœdus, deformis, turpis fuit. Peïl, *vel potiùs, nomen* Toar, ܓܙ *m.* Sordidus, fœdus, deformis, turpis. ܓܙܐ ܕܥܒܕ qui sordidus *est*, *Apoc.* 22: 11; *sic legitur in de Dieu & Gutbierii editionibus.*

Ethpeel

Digitized by Google

Ethpeel התבאל *m.* Idem *quod* Peal. *Futur.* יתבאל *m.* ſordeſcat, *ibid.* *Hoc, ut antecedens* התבא, *legitur in editione* Lud. de Dieu, *quam & hîc ſecutus eſt* Gutbierius: *vide & illius ad citatum locum Animadverſiones.*
Paël בָּאַב *m.* Sordidum fecit, fœdavit, deformavit, turpavit, violavit. & *intranſitivè*, Sorduit, ſordidus fuit. בָּאֵב qui ſordidus eſt, *ibidem*; *ſic in Angl. & noſtrâ edit. in Pariſ. eſt* בָּאֵב.
Ethpaal התבאל *m.* Sordidus factus eſt, fœdatus, deformatus, turpatus, violatus eſt; ſorduit. *Futur.* יתבאל *m.* ſordeſcat, *ibidem*; *ita reperitur in Pariſ. Angl. & noſtrâ editione. Ut hujus verbi Paël, ita & ejusdem Ethpaal ſequuntur analogam flectendi rationem: conf. Gram. Harm. de Dieu pag. 352. 353.*
בָּאֵב *m.* Sordidus, fœdus, deformis, turpis. *Plur. emph.* בָּאֵבִין *m.* ſordidæ veſtes, *Zach.* 3: 3. 4. *Jacob.* 2: 2.
בָּאְבָא *f. emph.* Sordes, ſorditudo, deformitas, fœditas, turpitudo. Sordes, *Prov.* 30: 12. *Jeſ.* 4: 4. 1 *Petr.* 3: 21. *vide & hoc nomen ac præcedens ſuprà in* יצא
* צָבָא *Hebr.* Militavit: *unde* צָבָא Exercitus, *Plur.* צְבָאִים & צְבָאוֹת: ut יְהוָה צְבָאוֹת Dominus exercituum: *hoc in Syro N. T. textu effertur*
לָהֵן Zebhaoth, *Æth.* ጸባኦት:: לָהֵן מָרְיָא Dominus Zebaoth, *Rom.* 9: 29. *Jacob.* 5: 4; *Gr.* Κύριος Σαβαώθ.
חָפֵץ *m.* Voluit, optavit, cupivit, deſideravit, affectavit, acquievit, beneplacuit, complacuit ſibi, conſenſit, comprobavit, elegit, libitum fuit, delectatus eſt. [*Videtur etiam ſignificare Gr.* ἀναγινώσκειν Inquirere, explorare, cognoſcere, *ut Act.* 23: 15; *Maſius in Pecul. Syro.*] *Chald.* צְבָא, *Arab.* صَبَا. Voluit, *Matt.* 1: 19. 18: 23. 30. 27: 34. *Marc.* 3: 13. 6: 26. 15: 15. *Luc.* 10: 29. 12: 32. *Joh.* 1: 43. *Act.* 16: 3. 18: 27. 22: 30. 24: 6. *Rom.* 9: 22. 1 *Cor.* 1: 21. 12: 18. *Gal.* 1: 15. *Eph.* 1: 11. *Col.* 1: 19. 27. *Hebr.* 6: 17. Cupivit, *c.* 12: 17. Voluit, *Jacob.* 1: 18.
Peil ּפּ *m.* eruditus, *Jacob.* 3: 13. *Plur. maſc.* ּפּ eruditi, *Col.* 3: 16; *ſic legunt hic Vien. Reg. Troſt. Guth. & noſtra edit. vide var. Lect. Peil ſæpe activè ſumitur, & idem ſignificat quod Benoni: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 181.

Imperat. ּפּ *m.* monete, 1 *Theſ.* 5: 14. *Futur.* ּפּ *m.* proficiſceretur, *Act.* 27: 9. ּפּ caſtigabo eum, *Luc.* 23: 16. 22. ּפּ *m.* fluent, *Joh.* 7: 38. ּפּ *c.* eamus, *Luc.* 2: 15. Proficiſcemur, *Act.* 27: 2. Navigaremus, *v.* 12.

Ethpeel ּפּ *m.* Caſtigatus, informatus, eruditus eſt, *Act.* 7: 22. ּפּ *c.* eruditus fui, *c.* 22: 3. *Partic.* ּפּ *m.* caſtigatur, *Hebr.* 12: 8. *Plur.* ּפּ *m.* caſtigantur. ּפּ caſtigamur, 1 *Cor.* 11: 32. 2 *Cor.* 6: 9; *ex* ּפּ & ּפּ nos *vel* ſumus *compoſitum.* *Infinit.* ּפּ ּפּ caſtigari caſtigamur, *i. e.*; admodùm caſtigamur, 1 *Cor.* 11: 32. *vide Buxt. Theſ. lib.* 2. *cap.* 16. *Reg.* 2. *& Gloſ. philol. S. lib.* 3. *Tract.* 3. *Cat.* 37. *& Vorſt. de Hebr. N. T. cap.* 34.

Futur. ּפּ *m.* erudiantur, 1 *Tim.* 1: 20; *in M. S. Colonienſi: vide var Lect.*

Aphel ּפּ *m.* Caſtigavit, erudivit, inſtituit, informavit: fluxit; fluere fecit. *Pſal.* 147: 18. *Jeſ.* 48: 21.

ּפּ *m. emph.* Curſor: didaſcalus, doctor, præceptor, pædagogus, informator, eruditor, *Rom.* 2: 20.

ּפּ *m.* Iter, *Gen.* 30: 36. 31: 23. 35: 16. *Luc.* 2: 44. Eſt *nomen formæ participii præſentis Aphel, ſimile exemplum eſt ſupra pag.* 315. *& aliud p.* 516.

ּפּ *f.* Caſtigatio, eruditio, diſciplina, informatio, inſtitutio. & *Chald.* ּפּ ּפּ abſque eruditione, ineruditus. ineruditæ *altercationes*, 2 *Tim.* 2: 23. *Emph.* ּפּ eruditio, 1 *Cor.* 10: 11. Diſciplina, *Eph.* 6: 4. Caſtigatio, *Hebr.* 12: 7. 8. 11. ּפּ caſtigatio ejus, *v.* 5; *affixum hic* ּפּ.

ּפּ *f. emph.* Navigatio, iter, profectio; profluvium, fluxus, *Marc.* 5: 25. ּפּ navigatio noſtra, *Act.* 27: 10.

Digitized by Google

ڕۆدا *m.* Secutus, insecutus, prosecutus est, *in bonum & malum*, persecutus est, expulit, impulit. *Hebr.* רָדַף, *Chald.* רְדַף, *Sam.* דרף. ڕۆدەا *c.* persecutus sum, *Act.* 22: 4. 1 *Cor.* 15: 9. ڕۆدە *m.* persecuti sunt, *Matt.* 5: 12. *Joh.* 15: 20. *Act.* 7: 52. 1 *Thes.* 2: 15.

Benoni ڕۆدا *m.* persequens, *Act.* 8: 3. 9: 4. 5. 21. 22: 7. 8. 26: 14. 15. *Gal.* 1: 13. 23. *Plur.* ڕۆدێ *m.* persequentes, *Mat.* 5: 11. 44. 10: 23. *Joh.* 5: 16. 1 *Cor.* 4: 12.

Infinit. ڵەڕۆدا ad persequendum, *Act.* 26: 11. *Futur.* ڕۆدەن *m.* persequentur, *Luc.* 11: 49. ڕۆدەنتۆن persequentur vos, *c.* 21: 12. ڕۆدەن *m.* persequemini, *Matt.* 23: 34.

Ethpeel ڕۆدەا *m.* Persecutionem passus, agitatus, propulsatus est. ڕۆدەا *m.* persecutionem passi sunt, *Matt.* 5: 10. *Partic.* مڕۆدەا *m.* persecutionem paterer, *Gal.* 5: 11. *Plur. masc.* مڕۆدێا persecutionem patientur, 2 *Tim.* 3: 12. مڕۆدێنا persecutionem patimur, 2 *Cor.* 4: 9; *ex* مڕۆدێا persecutionem patientes & نا nos *vel* sumus *compositum*. *Plur. fœm.* مڕۆدەا agitatæ, propulsatæ *nubes*, 2 *Petr.* 2: 17. *Futur.* ڕۆدەن *m.* persecutionem patiantur, *Gal.* 6: 12. *Quæ ad primam radicalem Pethocho habent à quibusdam ad Ethpaal referuntur.*

ڕۆدا *m.* Persecutor, 1 *Tim.* 1: 13. *Emph.* ڕۆدا *Phil.* 3: 6. *Plur. cum aff.* ڕۆدەتۆن persecutores vestri, *Rom.* 12: 14.

ڕۆدا *m. emph.* Persecutio, *Mat.* 13: 21. *Marc.* 4: 17. 10: 13. *Act.* 8: 1. *Rom.* 8: 35. *Plur. emph.* ڕۆدێا 2 *Cor.* 12: 10.

ڕۆدەا *f. emph.* Persecutio passiva. ڕۆدەا persecutio mea, 2 *Tim.* 3: 11. ڕۆدەتۆن persecutio vestra, 2 *Thes.* 1: 4.

ڕۆدا *m.* Turbavit, conturbavit, terruit, distraxit. *Arab.* رَهِبَ رَهَّبَ. Peïl ڕۆدا *m.* turbatus, distractus. *Fœm.* ڕۆدا distracta es, *Luc.* 10: 41; *ex* ڕۆدا *f.* distracta & ڵا *f.* tu *vel* es *compositum*. *Plur. masc.* ڕۆدێا conturbati, *Marc.* 5: 38. 39.

Ethpeel ڕۆدەا *m.* Tumultuariè quid egit, turbatus, conturbatus, terri-

territus, perterritus est. ܐܬܬܪܥܝ *f.* conturbata est, *Luc.* 1: 29. ܡܬܬܪܥܝܢ *m.* perterriti sunt, *cap.* 24: 37.

Paël quadratum ܒܥܥ *m.* Acceleravit, ursit. & *Chald.* ܣܪܗܒ. Cum *addititia litera* ם. Præcipitem fecit, 1 *Paral.* 21: 1. *Partic. præt.* ܡܬܥܥܡ *m.* ursus, acceleratus, *Act.* 20: 16. 25: 4. *Jacob.* 1: 19. *Emph.* ܠܡܬܥܥܡ Temerarius, levis, festinus, velox, celer, præceps. *In nomen degenerat.* Levis, 2 *Cor.* 1: 17. Celer, 2 *Petr.* 2: 1. *Plur. emph.* ܠܡܬܥܥܡܐ præcipites, 2 *Tim.* 3: 4.

Ethpaal quadratum ܐܬܬܪܥܥ *m.* Acceleratus, ursus est, festinavit. ܐܬܬܪܥܥ festinavit descendit, *i.e.*, celeriter descendit, *Luc.* 19: 6. *Imperat.* ܐܬܬܪܥܥ *m.* festina descende, *h.e.*, festinanter descende, *v.* 5. *vide Buxt. Thes. lib.* 2. *cap.* 16. *ad Reg.* 1. & *Glas. phil. s. lib.* 3. *tract.* 3. *Can.* 35.

Aphel ܐܬܬܪ *m.* Festinare fecit.

ܐܪܒܘܢ *m. emph.* Ἀρραβών, arrhabo, arrha, pignus. *Hebr.* ערבון, 2 *Cor.* 1: 22. 5: 5. *Eph.* 1: 14.

ܐܬܬܪܬܐ *m. emph.* Velocitas, celeritas, festinatio, præcipitantia: & *cum præfixo Beth adverbialiter*, velociter, celeriter, festinanter, citò, præcipitanter, *Act.* 19: 36.

ܒܐܬܬܪܥܝ Citò, celeriter, velociter, festinanter, *Luc.* 2: 16.

ܪܘܡܝ ܒܪܘܡܝ *f.* Ῥώμη Roma. *In subscriptione Evangelii Marci: vide ibi var. Lect. Act.* 2: 10. 18: 2. 19: 21. 23: 11. 28: 14. 16. *Rom.* 1: 7. 15. *In subscriptionibus epistolarum S. Pauli, ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses.* 2 *Tim.* 1: 17. & *in subscriptionibus hujus*, & *epistolarum ad Philemonem*, & *ad Hebræos.*

ܪܘܡܝ *m. emph.* Romanus, *Act.* 22: 25. 26. 27. 23: 27. *Plur. emph.* ܪܘܡܝܐ *Joh.* 11: 48. *Act.* 16: 21. 37. 38. 23: 27. 25: 16. 28: 17. *In inscriptione & subscriptione epistolæ S. Pauli ad Romanos.*

ܒܪܘܡܝܬ Romanicè, Latinè. *In subscriptione Evangelii Marci. Luc.* 23: 38. *Joh.* 19: 20.

ܪܘܡܝܘܬܐ *f. emph.* Romanitas, jus civitatis Romanæ, *Act.* 22: 28.

ܪܬܬ *m.* Cucurrit, accurrit, concurrit, decurrit, discurrit, excurrit, incurrit, occurrit, percurrit, præcurrit. Cum ܒ Sectatus est. *Chald.* ܪܗܛ: *Hebr.* רוץ, *mutato* ו *in* ה, & ץ *in* ט, *pro more.* Accurrit, *Mat.* 27: 48. *Marc.* 5: 6. 10: 17. 15: 36. Occurrit, *Luc.* 15: 20. Præcurrit, *c.* 19: 4. Cucurrit, *c.* 24: 12. Præcurrit, *Joh.* 20: 4; *vide & supra pag.* 493. Accurrit, *Act.* 3: 11.

ܒܪܬ

Digitized by Google

ܐܬܪܥ *f.* cucurrit, *Marc.* 5: 13. *Joh.* 20: 2. ܕܪܥ *c.* cucurri, *Gal.* 2: 2. *Phil.* 2: 16. ܪܥܘ *m.* concurrerunt, *Mar.* 6: 33. Cucurrerunt, *v.* 55. Accurrerunt, *c.* 9: 15. *Act.* 19: 29. 21: 32. ܐܬܪܥܘ *f.* & cucurrerunt, *Matt.* 28: 8; *Vienn. Reg.* [*charact. Syr.*] & *Trost. edit. habent* ܪܥܘ; *sic Plant. in* 8 & 12 & *Paris. min.* ורהטן: *vide & var. Lect. Benoni* ܪܥ *m.* accurrens, *Marc.* 9: 25. Currens, *Rom.* 9: 16. ܕܠܐ ܐܬܪܥ sectabatur, *v.* 31. Currens, 1 *Cor.* 9: 26. *Gal.* 2: 2. *Phil.* 3: 12. 14. *Fœm.* ܠܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܪܓܠ ne *sit* currens, *h. e.*, præceps manus ejus ad percutiendum, 1 *Tim.* 3: 3. *Tit.* 1: 7. *Plur. masc.* ܪܥܝܢ accurrentes, *Joh.* 20: 4. [ܕܐܠܝܢ ܪܥܝܢ ܠܐ sectabantur, *Rom.* 9: 30.] Currentes, 1 *Cor.* 9: 24, *bis.* 25. *Gal.* 5: 7. *Jacob.* 3: 6. *Apoc.* 9: 9.

Imperat. ܕܠܐ ܪܕܘ *m.* sectare, 1 *Tim.* 6: 11. 2 *Tim.* 2: 22. ܪܘܬ *m.* currite, 1 *Cor.* 9: 24. ܕܠܐ ܪܘܬ sectemini, 1 *Cor.* 14: 1. 1 *Thes.* 5: 15. *Hebr.* 12: 14. *Notandum est, hoc verbum solùm in Imperativo Peal anomalum esse; ut Risch in locum He, & He cum ejus Pethocho in locum Risch transponantur; ac Risch & Teth quiescant, i. e., cum schevate quiscente pronuncientur: vide Gram. Syr. Amiræ pag.* 361. & *Gram. Harm. de Dicta pag.* 345.

Futur. ܢܬܠܐ ܪܕܐ ܠܗ *m.* sectetur eam *pacem*, 1 *Petr.* 3: 11. ܢܬܠܐ ܕܠܐ ܪܕܐ ܠܗ sectemur pacem, *Rom.* 14: 19. ܢܬܪܘܥ ܠܗ percurramus id *certamen, Hebr.* 12: 1; *affixum* ܗ *demonstrativum.*

Aphel ܐܪܕ *m.* Currere, excurrere fecit. & *Chald.* אַרְהֵט idem.

ܪܕܐ *m. emph.* Cursus: ars. Cursus, *Act.* 12: 14. ܪܕܐ cursus *meus, cap.* 20: 24. 2 *Tim.* 4: 7.

ܪܕܝܐ *m.* Ῥήτωρ, Rhetor, *Act.* 24: 1.

ܫܟܝ *m.* Madefactus, inebriatus, satiatus est potu. *Hebr.* רָוָה, *Chald.* רְוֵי; *Arab* رَوِيَ ܫܟܝ *m.* inebriati sunt, *Act.* 2: 13. *Apoc.* 17: 2. *Benoni plur. masc.* ܫܟܝܢ ܠܐ ܕܫܟܝܢ & ne inebriemini, *Eph.* 5: 18. ܫܟܝܢ *m.* inebriantur, 1 *Thes.* 5: 7, *bis.* Peïl, & *in nomen degenerans*, ܫܟܐ *m.* ebrius, inebriatus, 1 *Cor.* 11: 21. *Emph.* ܫܟܝܐ. *Fœm.* ܫܟܝܬܐ ebria, *Apoc.* 17: 6. *Emph.* ܫܟܝܬܐ. *Plur. masc.* ܫܟܝܢ ebrii, *Act.* 2: 15. *Emph.* ܫܟܝܐ. Infinit. ܠܡܫܬܟܝ inebriari, *Luc.* 12: 45.

Digitized by Google

Aphel אַסְכִּי *m.* Inebriavit; inebriatus eſt; ad ſaturitatem bibit. סְכִיאִי *m.* inebriati fuerint, ſatiati fuerint *potu*, *Joh.* 2: 10; *vide var. Lect.*

סְכֵי *m.* Ebrius, ebrioſus, temulentus. Ebrioſus, 1 *Cor.* 5: 11. *Emph.* סְכָיָא. *Plur. emph.* סְכָאֵי ebrioſi, *Matt.* 24: 49. 1 *Cor.* 6: 10.

סְכוּתָא *f. emph.* Ebrietas, vinolentia, temulentia. Ebrietas, *Luc.* 21: 34. *Rom.* 13: 13. *Gal.* 5: 21. 1 *Petr.* 4: 3.

* רוּב *Hebr.* Litigare, contendere, *privatim*, *ſ. coram Judice*, cauſam agere, *de verbali tantùm contentione dicitur.* *Hiphil* הֵרִיב Idem. & *Syr.* אַרְגִּי *m.* idem: Tumultuatus, vociferatus eſt. *Num.* 14: 1. אַרְגִּיאִי *m.* contenderunt, *Act.* 24: 9.

רְגָא *m. emph.* Contentio, lis, clamor, vociferatio, tumultus. Vociferatio, *Matt.* 27: 24; *Gr.* θόρυβος. Contentio, *Act.* 12: 18; *Gr.* τάραχος. Vociferatio, *Eph.* 4: 31; *Gr.* κραυγή.

רְוַי *m.* Lætatus eſt, exultavit. & *Chald.* רְוִי. Exſultavit, *Luc.* 10: 21. רְוָיְתָא *f.* exſultavit, *Act.* 2: 26. *Benoni* רָוֵי *m.* exſultans, *Act.* 16: 34. *Phil.* 2: 17. *Plur.* רָוְיֵי *m.* exſultantes, *Act.* 2: 46. 1 *Petr.* 1: 8. *Imperat.* רְוַי *m.* exultate, *Matt.* 5: 12. *Phil.* 2: 18. *Futur.* נִרְוֵי *m.* exultetis, 1 *Petr.* 4: 13; *in Regia* [*charact. Syr.*] *eſt* נִרְוַי: *vide & var. Lect.* נְרַוֵּי *c.* exſultemus, *Apoc.* 19: 7.

רְוָיָא *m. emph.* Exultatio, *Luc.* 1: 14; *Crineſ. & Buxt. habent* רְוָי: *vide var. Lect.*

* רְוַח *Hebr.* Dilatatus, recreatus, exſpatiatus eſt; *opp. angustiæ.* Spiravit, reſpiravit, reſpiratio fuit. *Chald.* רְוַח. אַסְחִי *m.* Odoratus eſt, *ut* סְחִי mortuus eſt. *Arab.* رَاحَ *pro* رَوَحَ Valde oluit *aqua*. *Teut.* riechen / *Belg.* rieken. *Paël* אַסְחִי *m.* Dilatavit, latum reddidit, recreavit, refocillavit. & *Chald.* רַוַּח Idem. *Paël* אַסְחִי *m.* Dilatavit, reſpiravit à labore. *Imperat.* סְחִי *m* dilatate, 2 *Cor.* 6: 13. *Ethpaal* אַסְתְּחִי *m.* Dilatatus eſt: olfactus eſt.

Aphel אַסְחִי *m.* Idem *quod Paël* סְחִי. *Aphel* אַסְחִי *m.* Odoratus eſt, ol-

Digitized by Google

olfecit. *Hebr.* הֵרִיחַ. *Chald.* אֲרִיחַ, *Sam.* אריח, *Arab.* أَرَاحَ אֲרִיחַ *Conjug.* IV. Odorem de se emisit *res* quo percipi potuerit. V. Odorem rei vicinæ contraxit *aqua*. VIII. Percepit ex odore *rem*. Odorando investigavit: *Golius*. אִסְתָּרִיחַ *f.* refocillavit, 1 *Tim.* 5: 10. *Partic. præs.* מַסְרִיחַ *m.* olfaciens, 1 *Cor.* 12: 17.

מַסְרִיחַ *m.* Latus, dilatatus, spatiosus. *Est formæ* Peil Peal. Dilatatum *cor*, 2 *Cor.* 6: 11. *in quibusdam editionibus litera jud postponitur literæ Heth, quod perperam etiam in aliis vocibus factum: vide exempla supra pag.* 101. 168. 181. 182. *vide quoque varias Lectiones hujus loci, & Matt.* 22: 23.

Fœm. מַסְרִיחָא spatiosa *via*, *Matt.* 7: 13.

רוּחָא *c.* Spiritus, ventus, plaga mundi. *Hebr.* רוּחַ & *Chald.* רוּחָא, *Arab.* رُوحٌ. Spiritus, *Matt.* 5: 3. *Act.* 18: 25. *Rom.* 1: 4. 9. 11. 2: 29. 7: 14. 8: 4. 5. 9. 13. 12: 11. 15: 27. 1 *Cor.* 2: 14. 5: 3. 5. 12: 13. 14: 2. 15: 44. *Gal.* 6: 1. 8. Ventus, *Eph.* 1: 3. 4: 14. Spiritus, *cap.* 6: 18. *Col.* 1: 9. 2: 5. 2 *Thes.* 2: 8. 1 *Tim.* 3: 16. Ventus, *Hebr.* 1: 7. Spiritus, 1 *Petr.* 3: 18.

Emph. רוּחָא. Spiritus *sanctitatis, i. e., sanctus*, *Matt.* 1: 18. 20. Spiritus *Dei*, *v.* 3: 16. Spiritus *sanctus*, *v.* 4: 1. Ventus, *cap.* 8: 26. Spiritus, *v.* 10: 20; *vide hic var. Lect.* Ventus, *cap.* 11: 7. Spiritus, *cap.* 12: 28. 43. Ventus, *cap.* 14: 24. 30. 32. Spiritus, *cap.* 26: 41. 28: 19. *Marc.* 1: 23. 26. 3: 30. Ventus, *cap.* 4: 37. 39. Spiritus, *cap.* 5: 2. 8. Ventus, *cap.* 6: 48. 51. Spiritus, *cap.* 9: 17. 23. *Luc.* 1: 15. 17. 35. 41. 67. 80. 3: 16. Ventus, *cap.* 7: 24. 8: 23. Spiritus, *cap.* 9: 39. 11: 24. 12: 11. 12. 13: 11. 24: 37. 39. *Joh.* 1: 32. 33. 3: 5. 6, *bis.* Ventus, *v.* 8. Spiritus, *ibid.* 4: 23. 24, *bis.* Ventus, *cap.* 6: 18. Spiritus, *cap.* 7: 39, *bis.* 14: 17. 26. 15: 26. 16: 13. 20: 22 *Act.* 1: 5. 16. Ventus, *cap.* 2: 2. Spiritus, *v.* 4, *bis.* 33. 38. 4: 25. 5: 3. 6: 5. 8: 15. 17. 18. 19. 29. 9: 31. 10: 44. 11: 24. 13: 2. 9. 52. 15: 28. 16: 16. 18. 19: 2, *bis.* 6. 16. 20: 28. 23: 9. Ventus, *cap.* 27: 7. 13. 15. Spiritus, *cap.* 28: 25. *Rom.* 5: 5. 8: 2. 6. 10. 14. 15, *bis.* 16. 23. 26, *bis.* 27. 9: 1. 11: 8. 14: 17. 1 *Cor.* 2: 10. 12, *bis.* 13. 4: 21. 6: 19. 9: 11. 10: 3. 4, *bis.* 12: 3, *bis.* 4. 7. 8, *bis.* 9, *bis.* 11. 13. 14: 1. 37. 15: 45. 2 *Cor.* 3: 6, *bis.* 8. 17. 18. 4: 13. 11: 4. 13: 13. *Gal.* 4: 6. 5: 5. 16. 17, *bis.* 18. 22. 25. 6: 8. *Eph.* 1: 13. 17. 2: 2. 4: 3. 30. 5: 18. 19. *Phil.* 1: 19. 3: 3. *Col.* 3: 16. 1 *Thes.* 1: 5. 5: 19. 2 *Thes.* 2: 2. 1 *Tim.* 4: 1. 2 *Tim.* 1: 7. *Hebr.* 3: 7. 4: 12. 9: 8. 14. Ventus, *Jacob.* 1: 6. Spiritus, *cap.* 2: 26. 1 *Petr.* 1: 2. 3: 4. 2 *Petr.* 1: 21. 1 *Joh.* 4: 2. 3. 6, *bis.* 5: 6, *bis.* 7. *Jud. verss.* 19. 20. *Apoc.* 1: 10. 2: 7. 11. 17. 29. 3: 6. 13. 22. 4: 2. Ventus, *cap.* 6: 13. 7: 1. Spiritus, *cap.* 11: 11. 13: 15. 14: 13. 17: 3. 18: 2. 19: 10. 21: 10. 22: 6. 17.

רוּחֵיהּ Spiritus ejus *m. vel* suus. *Matt.* 27: 50. *Marc.* 8: 12. *Joh.* 11: 33. 13: 21. 19: 30. *Act.* 17: 16. 1 *Cor.* 2: 10. 2 *Cor.* 1: 22. 5: 5. 7: 13. *Eph.* 3: 16. 1 *Thess.* 4: 8. 2 *Petr.* 3: 9. 1 *Joh.* 3: 24. 4: 13. *Affixum hoc est pleonasticum in locis sequentibus, Act.* 6: 3. 8: 39. *Rom.* 8: 9, *bis.* 11, *bis.* 1 *Cor.* 3: 16. 6: 11. 2 *Cor.* 3: 17. 1 *Petr.* 1: 11. 2 *Petr.* 3: 15. 1 *Joh.* 4: 2.

רוּחַהּ spiritus ejus *f. vel* suus. *Luc.* 8: 55. 1 *Cor.* 7: 34. רוּחֲכוֹן spiritus

Digitized by Google

tus tuus, 2 *Tim.* 4: 22. ܪܘܚܝ ſpiritus meus, *Matt.* 12: 18. *Luc.* 1: 47. 23: 46. *Act.* 2: 17. 7: 59. 1 *Cor.* 16: 18. 2 *Cor.* 2: 13.

ܪܘܚܟ ſpiritus veſter, *Gal.* 6: 18. 1 *Theſ.* 5: 23. *Philem. v.* 25. ܪܘܚܢ ſpiritus noſter, *Rom.* 8: 16.

Plur. ܪܘܚܐ ſpiritus, *Luc.* 11: 26. 1 *Joh.* 4: 1. *Emph.* ܪܘܚܐ venti, *Matt.* 7: 25. 8: 27. Spiritus, *cap.* 10: 1. 12: 45. Venti, plagæ mundi, *cap.* 24: 31. Spiritus, *Marc.* 1: 27. 3: 11. Venti, *cap.* 4: 41. Spiritus, *cap.* 5: 13. 6: 7. Venti, plagæ mundi, *cap.* 13: 27. Spiritus, *Luc.* 4: 36. 6: 18. 7: 21. 8: 2. Venti, *verſſ.* 24. 25. *Act.* 5: 16. 8: 7. 24: 10; *vide hic var. Lect.* Venti, *cap.* 27: 4. Spiritus, *Eph.* 6: 12. 1 *Tim.* 4: 1. *Hebr.* 1: 14 Venti, *Jacob.* 3: 4 Spiritus, 1 *Joh.* 4: 1. Venti, *Jud. v.* 12. Spiritus, *Apoc.* 1: 4 3: 1. 4: 5. 5: 6. Venti, *cap.* 7: 1. Spiritus, *cap.* 16: 13. 14.

Plur. emph. terminationis fœm. ܪܘܚܬܐ ſpiritus, *Hebr.* 12: 9. 23.

ܪܘܚܢܝ *m. emph.* Spiritualis, 1 Cor. 2: 15. Spirituale *lac*, 1 Petr. 2: 2. *Fœm. emph.* ܪܘܚܢܝܬܐ. *Plur. maſc. emph.* ܪܘܚܢܝܐ ſpiritualia, 1 *Cor.* 2: 13. Spirituales, *cap.* 3: 1. Spiritualia *templa*, 1 *Petr.* 2: 5.

ܪܘܚܢܐ *m. emph.* Idem. *Amira inter* ܪܘܚܢܝ & ܪܘܚܢܐ *hoc diſcrimen ponit, quod* ܪܘܚܢܝ ſpiritualis, *dicatur de eo, cui propriè competit, ut de Angelo;* ܪܘܚܢܐ *autem de eo, cui metaphoricè, ut de homine: fatetur tamen aliquando confundi: de Dieu Gram. Harm. pag.* 70. Spirituale *corpus*, 1 Cor. 15: 44. 46, *bis in hoc verſu.* *Fœm. emph.* ܪܘܚܢܬܐ. *Plur. fœm. emph.* ܪܘܚܢܬܐ ſpiritualia, 1 Cor. 2: 13. 14. 12: 1.

ܒܪܘܚܢܐ Spiritualiter, 1 Petr. 5: 2. *Apoc.* 11: 8.

ܪܝܚܐ *m.* Odor, odoratus. *Hebr. & Chald.* רֵיחַ, & *Sam.* ריח, *Arab.* رِيحٌ, *Teut.* Geruch, *Belg.* Reuk. *Emph.* ܪܝܚܐ, *Chald.* רֵיחָא. Odor, *Joh.* 12: 3. 2 Cor. 2: 14. 15. 16, *bis.* *Eph.* 5: 2. *Phil.* 4: 18. *Plur. emph. anomalum* ܪܝܚܝܐ.

ܪܚܐ, *Caſtellus* ܪܚܐ [*De tranſpoſitione* ـ & ـ *vide paulò ante in voce* ܪܚܝܐ] *f.* Mola; lapis molaris. *ab odore farinæ ſic dicitur. Matt.* 18: 6. 24: 41. *Marc.* 9: 42. *Luc.* 17: 2. *Plur. emph.* ܪܚܐ. *Hebr. dual.* רֵחַיִם *m. Rabb.* רֵיחַיִם, *Chald. plur. emph.* רֵחַיָּא.

ܪܘܚܐ *f. emph.* Reſpiratio *à labore*, relaxatio, 2 Cor. 8: 13.

* רום *Hebr.* Altum, elatum, exaltatum, excelſum eſſe; ſe efferre. *Chald.* רוּם. *Ethpeel* ܐܬܪܡܡ *m.* Extulit, exaltavit ſe.

Partic.

Partic. מִתְנַשֵּׂא *m.* efferens, extollens ſe, 2 *Cor.* 10: 5. 11: 20. 1 *Tim.* 6: 4. *Plur.* מִתְנַשְּׂאִים *m.* exaltantes ſe, 1 *Petr.* 5: 5. *Futur.* יִתְנַשֵּׂא *m.* extollat ſe, 1 *Tim.* 3: 6. תִּתְנַשֵּׂא *m.* efferes te, *Rom.* 11: 20. יִתְנַשְּׂאוּ *m.* efferant ſe, 1 *Tim.* 6: 17.

Paël נָשֵׂא *m.* Exaltavit, extulit, elevavit. *Partic. præt.* מְנַשֵּׂא *m.* exaltatus: & *degenerat in nomen Toar*, altus, altiſſimus, excelſus, ſublimis; ſuperbus. Exaltatus, *Hebr.* 7: 26. *Emph.* מְנַשְּׂאָא Altiſſimus, *Marc.* 5: 7. *Luc.* 8: 28. *Act.* 7: 48. 16: 17. *Hebr.* 7: 1.

Paël quadratum נְסַנְהֵר *m.* Idem. נְסַנְהֲרַת exaltavit eum, *Phil.* 2: 9. *Futur.* יְסַנְהֵרוּן *m.* exaltabit vos, *Jacob.* 4: 10.

Ethpaal quadratum אִסְתַּנְהַר *m.* *Paſſiv. præced.* *Partic.* מִסְתַּנְהַר exaltabatur, *Act.* 19: 17.

Aphel אַנְשָׂא *m.* Exaltavit, evexit, levavit, elevavit, extulit, abſtulit, ſuſtulit, tollere, attollere, extollere. Exaltavit *humiles*, *Luc.* 1: 52. Suſtulit, elevavit *oculos*, *cap.* 6: 20. 16: 23. *Manus*, *cap.* 24: 50. Exaltavit, *Joh.* 3: 14 Suſtulit *oculos*, *cap.* 6: 5. *Vocem*, *cap.* 7: 28. *Oculos*, *cap.* 11: 41. *Calcaneum*, *c.* 13: 18. *Oculos*, *cap.* 17: 1. *Vocem*, *Act.* 2: 14. *Manum*, *Apoc.* 10: 5.

אַנְשַׂת *f.* ſuſtulit, *Luc.* 11: 27. אַנְשׂוּ *m.* elevarunt *vocem*, *Matt.* 20: 31. Abſtulerunt, *Marc.* 2: 4. *Partic. præſ.* מְנַשְּׂאִי *m.* extollentes *ſeipſos*, 1 *Cor.* 4: 19. Attollentes *manus ſuas*, 1 *Tim.* 2: 8. *Imperat.* אַנְשׂוּ *m.* attollite *oculos veſtros*, *Joh.* 4: 35. *Futur.* נְשֵׂא *m.* exaltabit *ſeipſum*, *Mat.* 23: 12. *Luc.* 14: 11. 18: 14. תְּסַנְהֲרוּן *m.* exaltet vos, 1 *Petr.* 5: 6.

Ettaphal אִתְנַשֵּׂא *m.* *Paſſiv. præced.* Exaltatus eſt, *Act.* 2: 33. אִתְנַשְּׂאַת *f.* exaltata, elevata fuiſti, *Matt.* 11: 23. *Luc.* 10: 15. אִתְנַשְּׂאוּ *c.* ſublatus fuero, *Joh.* 12: 33. *Infinit.* לְאִתְנַשָּׂאָה ut exaltetur, *Joh.* 3: 14. *Futur.* יִתְנַשֵּׂא *m.* tolletur, attolletur, *Luc.* 5: 35. *Joh.* 4: 34. Exaltabitur, extolletur, *Matt.* 23: 12. *Luc.* 14: 11. 18: 14. אִתְנַשְּׂאוּן ut vos exaltaremini, 2 *Cor.* 11: 7.

Obſervandum eſt, Ettaphal quieſcentium ſecundâ Wau eodem modo ſe habere ut Ethpeel, nec ab eo differre, niſi ſignificatione: Ethpeel gaudet ſignificatione reciprocâ, Ettaphal paſſivâ: vide Gram. Harm. de Dien pag. 304.

נַשׂ *m.* Altus, altiſſimus, elatus, elevatus, excelſus, ſublimis; ſuperbus. *Hebr.* & *Chald.* רָם. Excelſus *mons*, *Matt.* 4: 8.

Sub-

Sublime, *Luc.* 16: 15. *Emph.* רוֹמָא *m.* excelsus *mons*, *Mat.* 17: 1. Alta, elata *vox*, *cap.* 27: 46. 50. *Marc.* 1: 26. 5: 7. Excelsus *mons*, *cap.* 9: 2. Elata *vox*, *cap.* 15: 34. 37. *Luc.* 1: 42. Sublimis *mons*, *cap.* 4: 5. Elata *vox*, *v.* 33. Excelsus, Altissimus, *cap.* 6: 35. Elata *vox*, *cap.* 8: 28. 19: 37. *Joh.* 11: 43. *Act.* 7: 60. 8: 7. 16: 28. 26: 24. Altus *mons*, *Apoc.* 21: 10. *Murus*, *v.* 12.

Fœm. רוֹמְתָא, רוֹמְתָה ad locum qui altus, *Act.* 27: 41. *Tremell.* & *Trost. reddunt*, ad locum qui situs est: *in Regia vertitur*, in locum quendam jacentem: *similiter in Paris. min.* in locum qui jacet: *in Paris. maj.* & *Angl.* in locum quendam elevatam.

Plur. masc. emph. רוֹמְמֵי elati, 2 *Tim.* 3: 2. *Jacob.* 4: 6.

רוֹמְתָא *f. emph.* Collis, excelsum, locus editior, altitudo. *Chald.* רָמָא, *emph.* רְמָתָא. *Est nomen proprium urbis*, *Mat.* 2: 18. *Plur. emph.* רוֹמָתָא colles, *Luc.* 3: 5. 23: 30.

רוֹמָא *m. emph.* Altitudo, sublimitas, celsitudo, excelsitas; altum, excelsum, sublime. *Hebr.* רוֹם, *Chald.* רוּם, *emph.* רוּמָא. Altum, *Luc.* 1: 78. 24: 49. Altitudo, *Rom.* 8: 39. 2 *Cor.* 10: 5. *Eph.* 3: 18. *Apoc.* 21: 16.

מְרוֹמָא *m. emph.* Idem. *Hebr.* מָרוֹם, *Chald. emph.* מְרוֹמָא. Altum, *Eph.* 4: 8. *Plur. emph.* מְרוֹמֵי excelsa, *Mat.* 21: 9. *Marc.* 11: 10. *Luc.* 2: 14. 19: 38. *Hebr.* 1: 3.

רוֹמְמָא *m. emph.* Idem. רוֹמְמָתֵיהּ sublimitas sua, *Jacob.* 1: 9.

רָז *m.* Paël Arcanum fecit, secretum fecit. *Ethpaal* אִתְרְז Passiv. *præced. Aphel* אַרְזֵי *m.* Consilia celavit, arcani fidem custodivit: & *defectè* אַרְזִי *m.* Consilia communicavit, arcana patefecit, mysterium aperuit, mysticè locutus est.

רָזָא *m.* Secretum, arcanum, mysterium. *Chald.* רְזָא דִּי אֲרִי. 1 *Cor.* 2: 7. *Emph.* רָזָא, רָזָה: *Chald.* רְזָא דִּי אֲתָא. רָזָא *Mat.* 13: 11. *Marc.* 4: 11. *Luc.* 8: 10. *Rom.* 11: 25. 16: 25. 1 *Cor.* 14: 2. 15: 51. *Eph.* 1: 9. 3: 3. 9. 5: 32. 6: 19. *Col.* 1: 26. 27. 2: 2. 4: 3. 2 *Thes.* 2: 7. 1 *Tim.* 3: 9. 16. רָזָה *Apoc.* 1: 20. 17: 5. 7. רָזֵיהּ mysterium ejus, 1 *Cor.* 2: 1. *Eph.* 3: 4. רָזָוהִי *Apoc.* 10: 7; *affixum citatis in locis* πλεονάζ. *Plur. emph.* רָזַיָּא mysteria, 1 *Cor.* 13: 2. רָזַיְהוֹן mysteria ejus, 1 *Cor.* 4: 1; *affixum est pleonasticum. Amira in Gram. pag.* 25 *docet, nunquam sibi placuisse eum scribendi modum, quo Olaph ponitur ante Risch sed eum potius quem doctiores sequuntur Maronitæ, quo Olaph ponitur post Risch: de Dieu Animadv. Apoc.* 17: 5.

רֵיסָא mola, lapis molaris, *vide in* רחשׁ.

רְחֵם *m.* Dilexit, amavit, *ex intimis visceribus. Hebr.* רָחַם, *Chald.*

Chald. רחם: *Arab.* رحم ڤيعصا *m.* dilexisti, *Hebr.* 1: 9.

ڤيعصا c. dilexi, *Rom.* 9: 13. ڤيعصن *m.* dilexerunt, *Joh.* 12: 43. ڤيعصاتنن dilexistis me, *cap.* 16: 27.

Benoni ڤيعصر *m.* diligens, amans, *Matt.* 10: 37, *bis.* *Luc.* 7: 5. *Joh.* 5: 20. 10: 17. 11: 3. 36. 12: 25. 13: 23. 14: 21. 23. 24. 31. 15: 19 16: 27. 19: 24 20: 2. 21: 7. 15, *bis.* 16, *bis.* 17, *ter.* 20. 1 *Cor.* 16: 22. 2 *Cor.* 9: 7. Amans *hospites*, *i. e.*, hospitalis, 1 *Tim.* 3: 2. Amans *argentum*, *i. e.* avarus, *v.* 3. Amans, diligens, *Tit.* 1: 7. 8, *bis.* *Hebr.* 12: 6. 13: 5. 1 *Petr.* 3: 10. 1 *Joh.* 2: 15. 3 *Joh. v.* 9. *Apoc.* 22: 15.

Emph. ڤيعصا *m.* amicus, amator. *in nomen transit.* Amicus, *Mat.* 11: 19. *Luc.* 7: 34. 11: 5. 6. *Jacob.* 2: 23. 4: 4. ڤيعصاه amicus ejus, *Luc.* 11: 7. *Joh.* 3: 29. 19: 12; *in duobus posterioribus locis affixum* πλεονασ. ڤيعصاى amicus meus, *Luc.* 11: 5. 14: 10. *Philem. v.* 20; *vide var. Lect. vide etiam Gram. Harm. de Dicu pag.* 153.

Plur. masc. ڤيعصيم amantes, diligentes, *Matt.* 6: 5. 23: 6. *Marc.* 12: 38. *Luc.* 6: 32. 11: 43. 16: 14. *Joh.* 14: 15. 28. *Rom.* 12: 10. 13. 1 *Cor.* 2: 9. *Tit.* 3: 15. *Jacob.* 1: 12. 2: 5. 1 *Petr.* 3: 8. 4: 8.

Emph. ڤيعصيا amici, *Luc.* 16: 9. 23: 12. *Act.* 10: 24. 3 *Joh.* 15, *bis.* *Constr.* ڤيعصى amantes *animæ suæ*, *i. e.*, *sui ipsorum*, 2 *Tim.* 3: 2. *Argenti*, *Gr.* φιλάργυροι avari, *ibid.* *Concupiscentiarum*, *v.* 4. *Conf.* *Buxt. Thes. libr.* 2. *cap.* 18. *Reg.* 3. & *Glas. phil. s. lib.* 3. *tract.* 4. *Can.* 11.

ڤيعصيهم amici ejus *vel* sui. *Luc.* 7: 6. *Joh.* 15: 13. *Act.* 19: 31. 27: 3. ڤيعصيم amici tui, *Luc.* 14: 12. ڤيعصى amici mei, *Luc.* 12: 4. 15: 29. *Joh.* 15: 14. 15. ڤيعصيڤم amici vestri, *Luc.* 21: 16.

Plur. fœm. cum aff. ڤيعصيها amicæ suæ, *Luc.* 15: 9.

Peil ڤيعصر *m.* dilectus, *Act* 7: 20. *Plur. masc.* ڤيعصيم dilecti, *Jud. v.* 1. *Emph.* ڤيعصيا dilecti, *Phil.* 4: 1. *Plur. fœm.* ڤيعصوت amata, amabilia, *v.* 8. *In nomen degenerat.*

Imperat. ڤعصا *m.* dilige, *Mat.* 5: 43. *Futur.* ڤيعصا *m.* diliget, *Mat.* 6: 24. *Marc.* 12: 33. *Luc.* 16: 13. *Eph.* 5: 33. ڤيعصيهو diliget eum, *Marc.* 12: 33. *Joh.* 14: 23. ڤعصا *m.* diliges, *Mat.* 22: 37. 39. *Marc.* 12: 30. *Luc.* 10: 27. *Rom.* 13: 9. *Jacob.* 2: 8. ڤعصا diligam, *Apoc.* 3: 19. ڤعصيهو diligam eum, *Joh.* 14: 21. ڤيعصو *m.* amabunt, 1 *Tim.* 3: 8. ڤيعصى *f.* ament, *Tit.* 2: 4.

Digitized by Google

Ethpeel ריחם *m.* Amatus, dilectus est. *Futur.* יתרחם *m.* diligetur, *Joh.* 14: 21.

Paël רחם *m.* Misertus est. *Hebr. Piël* רחם idem. *Phil.* 2: 27. 1 *Tim.* 1: 16. *Partic. præs.* מרחם *m.* miserens, *Rom.* 9: 15. 18. 12: 8. *Imperat.* רחמו *m.* misereamini, *Jud. v.* 23. *Futur.* יתרחם *m.* misereretur, *Rom.* 11: 32.

Ethpaal רתחם *m.* Misericordiam consecutus est; & *activè* misertus est, *Matt.* 9: 36. 14: 14. 18: 27. 20: 34. *Marc.* 1: 41. 5: 19. 6: 34. *Luc.* 7: 13. 10: 33. 37. 15: 20.

רחמתא רחמתא *c.* misertus eram, misertus sum, *Rom.* 9: 25; *vide hic var. Lect. & Gram. Harm. de Dien pag.* 211.

Partic. לי מרחמנא *m.* miseret me, *Matt.* 15: 32. *Marc.* 8: 2.

Imperat. רחמנא *m.* miserere, *Mat.* 9: 27. *Luc.* 17: 13. רחמנא *Mat.* 15: 22. 17: 15. 20: 30. 31. *Mar.* 9: 22. 10: 47. 48. *Luc.* 16: 24. *c.* 18: 38. 39. *Imperativus conjugationum passivarum in masc. & fœm. sing. ac in masc. plur. ad primam radicalem habet Pethocha, quæ sola pronunciatur Amiræ, reliquæ radicales ipsi quiescunt i. e. per scheva pronunciantur; ac propterea secunda radicalis subducitur virgulâ quietis ejus indice. Unum hoc verbum in hac conjugatione excipi docet Amira, cujus secunda radicalis notatur vocali Pethocho: nec tamen etiam hæc vocalis huic radicali duobus in locis, nim. Mat.* 9: 27. *& Luc.* 17: 13. *in Vidun. Reg.* [*charact. Syr.*] *& Trel. edit. addita reperitur; reliqui pauctati codices eam adscripserunt. Tremell. Reg.* [*charact. Chald.*] *& Hutt. Matt.* 9: 27 *peregrinè Tzere vel Revoso apposuerunt. vide Gram. Hastm. de Dien pag.* 228. 229.

Aphel ארחם *m.* Amare, diligere fecit.

רחם *m.* Vulva, uterus, viscus eris; misericordia, miseratio, gratia, humanitas, benevolentia. *Hebr.* רֶחֶם uterus, *Chald.* רַחֲמָא. *Emph.* רחמא. *Plur.* רחמי.

רחמי *a.* רחמי *pl. m.* Miserationes, misericordiæ, gratiæ, humanitates, benevolentiæ, viscera. *Hebr. sing.* רַחַם, *plur.* רַחֲמִים, *Chald. sing.* רַחֲמָא, *plur.* רַחֲמִין. Miserationes, *Hebr.* 10: 28. *Emph.* רחמי *a.* רחמי misericordiæ, *Matt.* 5: 7. Viscera, *Luc.* 1: 78. Gratiæ, *Act.* 2: 47. Misericordiæ, *cap.* 7: 46. Miserationes, *cap.* 28: 1. Misericordiæ, *Rom.* 1: 31. 11: 31, *bis.* Miserationes, 2 *Cor.* 1: 3. 4: 1. Misericordiæ, *Gal.* 6: 16. Viscera, *Phil.* 2: 1. Miserationes, *Col.* 3: 12. Misericordiæ, 1 *Tim.* 1: 2. Miserationes, 2 *Tim.* 1: 2. Misericordiæ, *vers.* 16. 18. Viscera, *Philem. v.* 7. Misericordiæ, *Hebr.* 4: 16. *Jacob.* 2: 13, *ter.* 3: 17. 1 *Petr.* 2: 10. 2 *Joh. v.* 3. *Jud. v.* 2.

רחמוהי misericordiæ suæ, *Rom.* 9: 23. Ejus, *cap.* 12: 1; *affixum hic abundat.* Viscera ejus, 2 *Cor.* 7: 15. Miserationes suæ, *Eph.* 2: 4. Viscera ejus, *Phil.* 1: 8; *affixum hoc in loco πλεονάζει.* Viscera sua, 1 *Joh.* 3: 17.

בטובי רחמוהי per misericordias suas, *Tit.* 3: 5; *est hic affixi pleonasmus:*

Digitized by Google

mus: *vide supra in* לחם. מעיכם viscera vestra, 2 *Cor.* 6: 12.

חסדא *f. emph.* Dilectio, amor, amicitia. חסדא דאחסנא amor hospitum, hospitalitas, *Hebr.* 13: 2. *Constr.* חסד כספא amor argenti, φιλαργυρία, avaritia, 1 *Tim.* 6: 10; *Tremel. Reg.* [*charact. Chald.*] & *Hutt. habent* רחמי חסד amor fraternitatis, 2 *Petr.* 1: 7, *bis*; *Gr.* φιλαδελφία; *vide & var. Lect.* חסדיה amicitia ejus, *Jacob.* 4: 4; *affixum* πλεονάζ. חסדי dilectio mea, *Joh.* 15: 9; *de Petschito ante Thau consule Gram. Harm. de Dieu pag.* 167. 168.

חסדא *a.* חסדא *f. emph.* Idem. Amicitia, *Luc.* 11: 8.

חסיד *a.* חסדא *m.* Misericors, amans, diligens. *Plur.* חסדיא misericordes, 1 *Petr.* 3: 8. *Gr.* εὔσπλαγχνοι.

מחסי *m.* Misericors, miserator. *Est nomen ex participio* Paël *formatum.* Misericors, *Jacob.* 5: 11. *Emph.* מחסדא misericors; *Luc.* 6: 36. *Rom.* 9: 16. *Hebr.* 2: 17. *Fœm.* מחסדתא, *emph.* מחסדתא. *Plur.* מחסדיא misericordes, *Eph.* 4: 32. *Emph.* מחסדיא *Matt.* 5: 7. *Luc.* 6: 36.

מחסדא *f. emph.* Misericordia, miseratio, commiseratio, benevolentia, beneficentia, benignitas, humanitas, φιλανθρωπία. Misericordia, *Act.* 27: 3. Commiseratio, *Hebr.* 13: 16. מחסדא דאלהא misericordia Dei, *Tit.* 3: 4; *affixum* πλεονάζ.

* רחף *m. Hebr.* Commotus fuit, agitavit se *cum expansione: convenit cum* רחב Dilatatus est. Paël ריחף *m.* Incubuit, fovit, moratus est *more avium incubantium.*

רחפתא *m. emph.* Affectus vehemens, amor impensus, *ac* tener, miseratio visceralis, *Phil.* 2: 1. *Col.* 3: 12.

מחסי *m.* Clemens, miserans, commiserans, miserator, *Jacob.* 5: 11. *Est nomen ex participio præsenti* Paël *formatum.*

* רחק *m. Heb.* Procul abfuit, longè recessit, discessit, elongavit se. *Chald.* רחק, *Sam.* רחק. *Ethpeel* אתרחק *m.* Elongavit se, abstinuit se. *Imperat.* אתרחק *m.* elonga te, 1 *Tim.* 6: 6. *Futur.* תתרחקון *m.* abstinebitis vos, *Act.* 15: 29. Elongabitis vos, *Rom.* 16: 17. *Quidam volunt hæc ipsa conjugationis Ethpaal esse.*

Buxtorfius in Lex. Chald. & Syr. habet Paël cum aff. ܐܰܪܚܶܩ *rejecit eum, Rom.* 11 : 1 ; *sed omnes editiones hîc legunt* ܐܰܪܚܶܩ : *vide* ܪܚܩ.

Aphel ܐܰܪܚܶܩ *m.* Discedere, recedere fecit, longè removit : *transitivè*, longè discessit, recessit, elongavit se. Discessit, *Act.* 19 : 9; *in editionibus versionis Syriacæ latinè translatis, quæ nostram præcesserunt, transfertur transiit; Græcus autem textus habet intransitivè ἀνεχώρησε* discedens.

Imperat. ܐܰܪܚܶܩ *m.* longè discedito, *Mat.* 7 : 23. Longè removete, *Jacob.* 1 : 21.

ܪܚܺܝܩ *m.* Longinquus, remotus, absens, longè distans, longinquum, longinquitas: longè, procul. *est loci & temporis. Hebr.* רָחוֹק, *Chald.* רְחִיק רָחִיק. Remotum *cor*, *Mat.* 15 : 8. *Marc.* 7 : 6. Procul, *cap.* 12 : 34 Longè, procul, *Luc.* 7 : 6. 14 : 32. 15 : 20. *Act.* 17 : 27. 1 *Cor.* 5 : 3. Absens, 2 *Cor.* 10 : 1. 13 : 2. 10. *Phil.* 2 : 12.

Emph. ܪܚܺܝܩܳܐ remotus *locus*, *Luc.* 15 : 13. 19 : 12. 24 : 28. *Fem.* ܪܚܺܝܩܬܳܐ longè absens, distans, *Matt.* 14 : 24. *Hebr.* 6 : 8. *Plur. masc.* ܪܚܺܝܩܶܐ remoti, *Job.* 21 : 8. Longinqui, *Act.* 2 : 39. *Eph.* 2 : 13. Longè absentes, 2 *Tim.* 3 : 5. *Emph.* ܪܚܺܝܩܳܐ longinqui, *Eph.* 2 : 17. ܪܚܺܝܩܺܝܢ absentes sumus, 2 *Cor.* 10 : 11; *ex* ܪܚܺܝܩܶܐ absentes & ܢ nos *vel* sumus *compositum.*

ܪܘܼܚܩܳܐ *m.* Longinquum, longinquitas, distantia. *Emph.* ܠܪܘܼܚܩܳܐ in longinquum, longè, procul, *Act.* 22 : 21. ܡܶܢ ܪܘܼܚܩܳܐ, de *vel* è longinquo, eminus, procul. *Matt.* 26 : 58. 27 : 55. *Marc.* 5 : 6. 8 : 3. 14 : 54. 15 : 40. *Luc.* 16 : 23. 17 : 12. 18 : 13. 22 : 54. 23 : 49. *Hebr.* 11 : 13. *Apoc.* 18 : 10. 15. 17.

ܪܚܶܫ *m.* Repsit, reptavit; scatuit; progenuit; movit se, motus est. & *Chald.* רְחַשׁ

ܪܚܫܳܐ *m. emph.* Reptile, vermis: reptilia, vermes. *Chald.* רְחַשָׁא *emph.* רְחַשָׁא. *Act.* 10 : 12. 11 : 6. *Rom.* 1 : 23. *Jacob.* 3 : 7. *Hoc nomen est ex iis quæ terminatione singularia sunt, semper tamen duo gestant puncta, notas pluralis numeri : quæ significatione interdum sunt singularia, interdum pluralia : vide de iis Instit. Gram. pag.* 95. *& de Dign. Gram. Harm. pag.* 122. *& hujus Animadv. in Apoc.* 9 : 7.

* ܪܛܰܒ *Hebr.* Viruit, maduit, humidus fuit. *Sam.* רטב, *Æth.* ረጠበ : רטב idem; *Arab.* رَطُبَ Viridi, recenti pabulo pastum fuit (pavit) *jumentum.* *Paël* ܪܛܺܒ *m.* Humectavit. *Fœtor.* ܪܛܽܘܒ *m.* & hu-

& humectet, *Luc.* 16: 24; *Schindlerus, Buxtorfius, Crinesius & Trostius in Lexicis habent* ܐܰܪܛܶܒ *ex conjugatione Aphel; sed Castellus ex* Paël: *In Viem. Reg.* [*char. Syr.*] *& Trost edit. est* ܡܪܛܶܒ: *vide quoque var. Lect. Aphel* ܐܰܪܛܶܒ *m.* Idem.

ܪܛܺܝܒ *m. emph.* Viridis, humidus. *Hebr.* רָטֹב *Luc.* 23: 31.

ܪܰܛ *Chald. idem quod Chald. & Syr.* ܪܰܬ *f.* Tremuit.

ܡܰܪܛܽܘܬܳܐ *m. emph.* Vestis, vestimentum, pallium, penula. *q. vestis* tremula. *Chald.* מַרְטוּט, *emph.* מַרְטוּטָא. *Quidam deducunt ab Hebræo* מָרַט, *Chald.* מְרַט *f. Syr.* ܡܪܛ Evulsit pilos, depilavit. *& pecul. vestem villosam esse volunt.* ܡܰܪܛܽܘܬܳܟ pallium tuum, *Matt.* 5: 40. *Luc.* 6: 29. *Plur. emph.* ܡܰܪܛܽܘܬܳܐ vestimenta, *Act.* 9: 39. ܡܰܪܛܽܘܬܳܗܝ pallia sua, *Matt.* 23: 5.

ܪܛܰܛ *m.* Murmuravit, obmurmuravit, mussitavit; oblocutus est, *Arab.* III. رَاطَنَ: *Chald.* רְטַן Incantavit, *quia mussitando seu murmurando fieri solet.* ܪܛܘ *m.* murmuraverunt, *Act.* 6: 1. 1 *Cor.* 10: 10. *Benoni Plur. masc.* ܡܪܛܝܢ murmurare, *Marc.* 10: 41; *est hic, ut sæpe alibi, participium pro infinitivo: vide Gram. Harm. de Dien pag.* 416. Murmurantes, *Luc.* 5: 30. 15: 2. 19: 7. *Joh.* 6: 41. 61. 7: 23. *Futur.* ܢܪܛܘܢ *m.* murmurabitis, *Joh.* 6: 43. 1 *Cor.* 10: 10. *Paël* ܪܰܛܛ *m.* Idem. ܪܛܛܘ *m.* murmurarunt, *Matt.* 20: 11. *Aphel* ܐܰܪܛܶܛ Idem. *Partic. præs.* ܡܰܪܛܺܝܛ *m.* obmurmurantes, *Jud. v.* 16; *vide hic var. Lect.*

ܪܛܽܘܛܳܐ *m. emph.* Murmur, murmuratio, mussitatio, accusatio. *Chald.* רְטַן רְטָן incantatio, *emph.* רְטָנָא. Murmur, *Joh.* 7: 12. Murmuratio, *Rom.* 1: 30. 2 *Cor.* 12: 20. *Phil.* 2: 14. 1 *Petr.* 4: 9.

ܪܺܫ Caput, *vide* ראש.

ܪܟܰܒ ܪܟܶܒ *m.* Equitavit, insedit, vectus fuit, *curru, nave, animali. Hebr.* רָכַב, *Chald.* רְכַב, *Arab.* رَكِبَ *item, Syr.* junctus, conjunctus, alteri consociatus, compositus est; superimposuit: *de arboribus,* insitus, insertus est. ܪܟܶܒ insedit, *Mat.*

Digitized by Google

21:7. *Marc.* 11:7. Vectus est, *Luc.* 19: 30. ܕܠܐ ܐܝܫ ܐܢܫ ܥܠܝܗ cui nemo hominum insedit, *Mar.* 11: 2; *cum hic relativum Dalath sit in casu obliquo affixum pro more est pleonasticum.*

Peïl ܝܚܝ *m.* insidens, *Matt.* 21: 5. *Joh.* 12: 15; *Futur.* ܢܬܝܚܘܢ superimponant eum, *Act.* 23: 24; *affixum est hic pleonasticum.*

Paël ܟܚ *m.* Conjunxit, composuit, construxit, coagmentavit.

Ethpaal ܐܬܟܚ *m.* Conjunctus, compositus, constructus, coagmentatus est. *Partic.* ܡܬܟܚ *m.* conjungitur, *Ephes.* 2: 21. Componitur, *cap.* 4: 16. *Col.* 2: 19.

Aphel ܐܝܟܚ *m.* Vehere, *f.* vehi, equitare fecit, superimposuit. ܐܝܟܚܘ equitare fecerunt eum, *Luc.* 19: 35; *affixum hic* ܗ ܝ ܘ ܢ. *Futur.* ܢܝܟܚܘܗܝ superimponant eum; *Act.* 23: 24; *Paris. maj. & Angl. habent ex conjugatione Aphel, reliqui punctati codices ex Peal: vide var. Lectiones. Et affixum hoc in loco abundat.*

ܟܘܟܐ *m. emph.* junctura, vinculum. *Plur. emph.* ܟܘܟܝ junctura, *Act.* 27: 40.

ܟܘܟܬܐ *f. emph.* Currus. *Hebr.* רֶכֶב. *Act.* 8: 28. 29. 38. *Plur.* ܟܘܟܒ̈ܐ. *Hebr.* מַרְכָּבוֹת. *Emph.* ܟܘܟܒ̈ܬܐ *Apoc.* 9: 9. 18: 13.

ܪܟ ܪܟܝ *m.* Mollitus, mollis, tener, delicatus fuit *vel* factus est, mollescere, tenerescere. *Hebr.* רָכַךְ. *Chald.* רְכַךְ. ܫܓܝܬ ܪܟ ܥܠܝ ܕ ܥܠ ܐ ܪܟ ܫܓܝܬ *ad verb.* quum tener factus est rami ejus, *i. e.*, teneri facti sunt rami ejus, *Marc.* 13: 28; *vide Glass. philol. s. lib. 3. tract. 3. Can. 52.* *Benoni plur. fœm.* ܪ̈ܟ̈ tenerescentes, *Matt.* 24: 32.

ܪܟܝܟ *m. emph.* Mollis, tener, lenis, delicatus. *Chald.* רְכִיךְ. *emph.* רְכִיכָא. *Plur. emph.* ܪܟܝܟ̈ molles vestes, *Mat.* 11: 8. *Luc.* 7: 25.

ܪܟܘܟܝ *m. emph.* Lenitas, mollities.

ܟܟ *m.* Inclinavit se, *simpliciter*, *vel* simul cecidit, desiluit, inclinavit. *Chald.* רְכַן. *Arab.* رَكَنَ. ܗܘ ܝܘܡܐ ܗܢܐ ܪܟܟ ܢܦܫܗ dies nunc inclinavit se, *Luc.* 24: 29.

Aphel ܐܝܟܟ *m.* Inclinavit *caput suum*, *Joh.* 19: 30.

ܪܟܫ *Hebr.* & ܪܟܫ *Chald.* Collegit, acquisivit, comparavit *facultates*, *substantiam*, *opes*. *Unde Hebr.* רְכוּשׁ & רְכֻשׁ Facultas, substantia, opes, divitiæ, possessio *pecudum*, *argenti*, *auri* & *rerum mobilium*.

ܪ̈ܟ̈ܫ

ܦܣܐ *m. emph.* Equus; equi, equitatus. *Hebr.* סוּס, *Chald.* סוּסָא, *emph.* סוּסְיָא equus velox, mulus, veredus. *Comprehendit* *equos pretiosos & selectos. Syrum nomen est ex iis quæ terminatione singularia sunt, semper tamen duo gestant puncta, notam pluralis numeri: quæ significatione aliquando sunt singularia, aliquando pluralia: vide de his Gram. Amira pag. 95. & Gram. Harm. de Dieu pag. 122, & hujus Animad. in Apoc. 9: 7. Invenitur, Jacob. 3: 3. Apoc. 9: 7. 9. 17, bis. 19. 14: 20. 18: 13. 19: 14. 18.*

ܦܨ *m.* Jecit, conjecit, dejecit, ejecit, injecit, objecit, projecit, misit, commisit, immisit, infudit, posuit, admovit, prostravit; jaculatus est, ῥίπτω. *Hebr.* רָמָה, *Chald.* רְמָא, *Arab.* رَمَى, *tertiâ radicali quiescente.* *Benoni* ܡܦܐ *m.* immittens, *Matt.* 9: 16. *Marc.* 2: 21. 22. Jaciens *rete*, *Luc.* 5: 5. Immittens, *verss.* 36. 37. Admovens, *cap.* 9: 62. Immittens, *Joh.* 20: 25. Injiciens, 1 *Cor.* 7: 35. 2 *Cor.* 3: 13. Projiciens, *Apoc.* 2: 22. Injiciens, *v.* 24; *duo illa puncta, quæ in hoc loco in edit. de Dieu & nostrâ supra Risch sunt, non indicant pluralem numerum; sed prius designat Risch, alterum est nota participii præsentis.*

Plur. masc. ܡܦܝܢ jacientes, *Matt.* 4: 18. Immittentes, *cap.* 9: 17. Projicientes, *cap.* 21: 8. Jacientes, *Marc.* 1: 16. Mittentes, *cap.* 2: 22. Injicientes, *cap.* 12: 41, *bis.* 43. Immittentes, *Luc.* 5: 38. Injicientes, *cap.* 21: 1.

ܡܦܝܢ immittimus, *Jac.* 3: 3; *ex* ܡܦܝܢ immittentes & ܢ nos *vel* sumus *compositum.* *Peïl* ܦܝ *m.* projectus, jacens, decumbens, *Matt.* 8: 6. 9: 2. *Luc.* 16: 20. Conjectus, *cap.* 23: 19. 25. Injectum, *Job.* 13: 2. Projectus, jacens, decumbens, *Act.* 9: 33.

Fœm. ܦܝܬ prostrata, projecta, jacens, decumbens, *Matt.* 8: 14. *Marc.* 1: 30. 5: 40. 7: 30. Injecta, *cap.* 9: 42. Injectum *velamen*, 2 *Cor.* 3: 15.

Plur. masc. ܦܝܢ projecti, jacentes, decumbentes, *Act.* 5: 15.

Ethpeel ܐܬܬܦܝ *m.* Abjecit, projecit, subjecit, submisit, accommodavit se, abjectus, projectus est, *Apoc.* 8: 8. 12: 9. ܐܬܬܦܝܘ *m.* subjecerunt se, *Gal.* 2: 13. ܐܬܬܦܝܢ 6. abjecimus nos, *Gal.* 2: 5. *Futur.* ܢܬܬܦܐ *f.* projicietur, *Apoc.* 18: 21. ܢܬܬܦܝܢ *m.* subjiciant se, 1 *Tim.* 1: 4. *Tit.* 1: 14; *vide hos in loco var. Lect. vide & supra pag.* 118.

Paël ܦܦ *m.* Imposuit, fesellit, decepit, dolose egit. *Hebr.* רָמָה, *Chald.* רְמָא.

Aphel ܐܦܦ *m.* Idem *quod* Peal. Injecit, *Marc.* 7: 33. *Joh.* 7: 30. 44. Misit, Immisit, infudit, *c.* 13: 5. Injecerat *manus*, *Act.* 12: 1. Projecit, *Apoc.* 8: 5. 12: 4. 15. 16. 14: 16. 19, *bis.* 18: 21.

ܐܦܦܬ conjecerat eum, *Mat.* 14: 3. *Marc.* 6: 17. Dejecit eum, *Luc.* 9: 42. Conjecit eum, *Act.* 12: 4. Projecit eum, *Apoc.* 20: 3.

ܐܬܬܦܬ

ܐܬܕܝܢ jecit ipſum *grauum*, *Luc.* 13: 19. ܐܬܕܝ *f.* projecit, *Mat.* 26: 12. Injecit, *Marc.* 12: 42. 43. *Luc.* 21: 2. 3. ܐܬܕܝܗ abjecit eam, *Marc.* 9: 22. Injecit eam *poſſeſſionem*, *cap.* 12: 44; *hoc in loco affixum* ܗ *ſonizl.* Poſuit eum, *Luc.* 2: 7. Injecit id, *cap.* 21: 4; *& his affixum abundat.*

ܐܬܕܝ *c.* conjeci, *Act.* 26: 10. ܐܬܕܝ *m.* injecerunt, *Mat.* 13: 48. Projecerunt, *cap.* 15: 30. Injecerunt, *cap.* 26: 50. Objecerunt, *cap.* 27: 60. Injecerunt, *Marc.* 11: 7. 12: 44. 14: 46. Projecerunt *ſortem*, *cap.* 15: 24. Injecerunt, *Luc.* 19: 35. 21: 4. jecerunt *ſortem*, *Joh.* 19: 24. *Rete*, *c.* 21: 6. *Sortes*, *Act.* 1: 26. Injecerunt, *c.* 4: 3. 5: 18. Conjecerunt, *c.* 16: 23. Injecerunt, *c.* 21: 27. Ejecerunt, *c.* 27: 28. 29. Injecerunt, *Apoc.* 18: 19.

ܐܬܕܝ ܒܝ ܐܬܕܝ conjecerunt nos in carcerem, *Act.* 16: 37.

Partic. præſ. ܡܬܕܝ jacitis *fundamentum*, *Hebr.* 6: 1; *ex* ܡܬܕܝ *m.* jacientes & ܐܢܬ vos *vel* eſtis

Infinit. ܠܡܬܕܝ projicere, *Mat.* 15: 26. Ut injiciat, *Apoc.* 2: 10. Objicere, *v.* 14. *Imperat.* ܐܬܕ *m.* projice, *Mat.* 17: 27. *Luc.* 4: 9. ܐܬܕܘ *m.* jacite, *Joh.* 21: 6. *Futur.* ܢܬܕ *m.* jaciat, *Marc.* 4: 26. Injiciat *moleſtiam*, *Gal.* 6: 17. ܢܬܕܟ conjiciat te, *Luc.* 12: 58. ܢܬܕܪ mittat me, *Joh.* 5: 7. ܢܬܕ *m.* projiceres, *Matt.* 25: 27. ܐܬܕ *c.* mittam, immitam, *Matt.* 10: 34. 12: 49. 51. ܢܬܕܘ *m.* conjicient, *Mat.* 13: 42. Projicient, *v.* 50. *Luc.* 6: 38. Injicient, *cap.* 20: 19. 21: 12. Committerent *ſe natatui*, *Act.* 27: 42. 43. Projicient, *Apoc.* 4: 10. ܬܬܕܘ *m.* projicietis, *Mat.* 7: 6. ܢܬܕ *c.* projiciamus, *Marc.* 7: 27. ܢܬܕܩ mittamus id *argentum*, *Matt.* 27: 6.

Ettaphal ܐܬܬܕܐ *m.* Abjectus, projectus eſt, *Apoc.* 12: 9; *bis in Pariſ. & Angl. edit.* 10. 13. 20: 10. 15. ܐܬܬܕܝ *m.* abjecti, projecti ſunt, *Apoc.* 12: 9. 19: 20. 20: 14.

ܡܬܕܝܢܐ *m. emph.* Deceptor, ſeductor, impoſtor, ſuſurro, ſycophanta. *idem quod* ܡܬܕܝܢܐ. *Eſt nomen ex participio præſenti paël formatum. Caſtellus & Guth. in Lex. habent* ܡܬܕܝܢܐ, *quod ex participio præſenti Aphel deductum. Invenitur*, *Apoc.* 12: 9. 12. 20: 2. *Vide var. Lect. in duobus prioribus locis, & de Dieu Animadv. in locum primum.*

ܐܬܕܐ *f. emph.* Fundatio, fundamentum. *Plur. emph.* ܐܬܕܐ, *emph.* ܐܬܕܐ. ܐܬܕܐ ܕܥܠܡܐ fundationes mundi, *Matt.* 13: 35. ܐܬܕܐ ܕܥܠܡܐ fundationes mundi, *Matt.* 25: 34. *Joh.* 17: 24. *Rom.* 1: 20. *Eph.* 1: 4. 1 *Petr.* 1: 20. *Apoc.* 13: 8. 17: 8.

ܐܬܕ

Digitized by Google

נמא נמ

נָמָא *m.* Annuit, innuit, indicavit, designavit *aliquid oculis, manibus, pedibus. Chald.* רְמָא: *Arab.* رَمَزَ idem *quod Chald. & Syr.* Indicium fecit *motis labiis, superciliis, linguâ, manu.* Innuit, *Joh.* 13: 24. נְמָאוּ *m* innuerunt, *Luc.* 1: 62. 5: 7. *Benoni* נָמֵי *m.* annuens, *c.* 1: 22. *Infinit.* נְמָאָה נָמֵי *ab verb.* annuere annuens erat, *i. e.*, admodùm annuebat, *ibid. vide Buxt. Thes. lib. 2. cap. 16. Reg. 2. & Glas. philol. s. lib. 3. tract. 3. can. 37.*

* רַמַח *Arab.* Confodit hastâ. Splenduit *fulmen.*

נַמְסָא *f. emph.* Spiculum, lancea, hasta, rumex. *Hebr.* רֹמַח, *Chald. emph.* רְמָחָא. *Arab.* رُمْحٌ, *Æth.* ሮመሕ : ረመሕ. Lancea, *Luc.* 2: 35; *Gr.* ῥομφαία.

נָמְלָא *m.* In viduitate fuit. נְמַלְתָּא vidua, *emph.* נְמַלְתָּא: *Schindl. Vide & supra pag.* 46.

נַמְטָא *m. emph.* Pera, saccus, *in quo pastores & viatores cibum gestant. Chald.* תַּרְמִיל הַרְמַל, *emph.* תַּרְמִילָא. Saccus viatorius, *Mat.* 10: 10. *Marc.* 6: 8. *Luc.* 9: 3. *Plur. emph.* נַמְטָן *Luc.* 10: 4. 22: 35.

נְמַשׁ *m.* Advesperavit. *Ethpeel* אִתְנְמַשׁ Idem. *Chald. Paël* רַמֵּשׁ Vesperavit, ad vesperam usque commoratus est.

נַמְשָׁא *m.* Vesper, vespera. *Chald.* רְמַשׁ. *Emph.* נַמְשָׁא, & *Chald.* רַמְשָׁא. *Matt.* 8: 16. 14: 15. 16: 2. 20: 8. 26: 20. 27: 57. 28: 1; *ad explicationem hujus loci vide Lex. Pasor. in voce* שבת, *Leusd. philol. Hebræo-mixt. Dissert.* 33. *sect.* 3, & *Poli Synopsin.* [*Cum præfixo Beth* vesperè, *Marc.* 1: 32. 4: 35.] *Marc.* 6: 47. 11: 11. 19. [*Cum præfixo Beth* vesperè, *Marc.* 13: 35.] 14: 17. 15: 42. *Joh.* 6: 16. 20: 19. *Act.* 4: 3. 28: 23.

נָנָא *m.* Cogitavit, meditatus est, consideravit, putavit, existimavit, arbitratus est, judicavit: curavit, sollicitus fuit. נְנָא *f.* meditatæ sunt, *Act.* 4: 25. *Benoni* נָנֵי *m.* cogitans, *Marc.* 8: 33. *Act.* 10: 19. Putans, existimans, 2 *Cor.* 11: 5. Judicans, *Phil.* 3: 13. *Fœm.* נָנְיָא cogitans, curans, sollicita est, 1 *Cor.* 7: 34. *Plur. masc.* נָנֵי meditantes, *Act.* 27: 39. Cogitantes, solliciti, 1 *Cor.* 7: 35. נְנֵינָא cogitemus, 2 *Cor.* 5: 14. Meditamur, *Eph.* 3: 20; *ex* נָנֵי cogitantes, meditantes & נְנָא nos *vel* sumus *compositum.*

Digitized by Google

Futur. ܢܬܬܪܚܡ *m.* meditemini, *Marc.* 13: 11.

ܪܘܚܡܐ *m. emph.* Cogitatio, meditatio: cura, ſollicitudo, *Matt.* 13: 22. *Marc.* 4: 19.

ܫܕܐ *m.* Aſperſit, conſperſit. *Hebr.* רָסַס, *Arab.* رَشَّ. Aſperſit, *Hebr.* 9: 19. 21. *Peil* ܡܫܕܐ *m.* aſperſi, *cap.* 10: 22. *Ethpeel* ܐܬܬܫܕ *m.* Aſperſus, conſperſus fuit. *Partic.* ܡܬܬܫܕ *m.* aſpergebatur, *Hebr.* 9: 13.

ܫܘܕܐ *m.* Aſperſio. *Emph.* ܫܘܕܝܐ. *Conſtr.* ܫܘܕܐ ܕܕܡܐ aſperſio ſanguinis, *Hebr.* 11: 28. 12: 24. 1 *Petr.* 1: 2.

ܪܥܐ *m.* Pavit ſe, *vel* alios. [*hinc* Rego, *altern.* ـ & *G.*] *Complectitur omnia boni paſtoris officia*, educere oves, gregem, regere, tueri, alere, potare. *Hebr.* רָעָה, *Chald.* רְעָה [*Chaldæum verbum etiam ſignificat*, voluit, benevoluit, cupivit, benevolus fuit, gratum, acceptum fuit *ſ.* habuit, acquievit, delectatus eſt: *itaque reſpondet partim Hebr.* רָעָה, *partim* רָצָה] *Arab.* رَعَى, *tertiâ radicali quieſcente.* *Benoni* ܪܥܐ *m.* paſcens *gregem*, *Luc.* 17: 7. 1 *Cor.* 9: 7. *Emph.* ܪܥܝܐ Paſtor. *in nomen degenerat.* *Matt.* 9: 36. 25: 32. 26: 31. *Marc.* 6: 34. 14: 27. *Joh.* 10: 2. 11, *bis.* 12. 14. 16. *Hebr.* 13: 20. 1 *Petr.* 2: 25. *Fœm.* ܪܥܝܬܐ *grex* paſcens, *Matt.* 8: 30. *Marc.* 5: 11. *Luc.* 8: 32. *Plur. maſc.* ܪܥܝ paſcentes *gregem*, *Mat.* 8: 33. *Marc.* 5: 14. *Seipſos*, *Jud. v.* 12. *Habet plur. maſc. emph. anomalum terminationis fœmininæ*, ܪܥܝܬܐ Paſtores, *quod in nomen tranſit. ut ſingulare maſc. emph.* *Luc.* 2: 8. 18. 20. 8: 34. *Eph.* 4: 11. 1 *Petr.* 5: 4. *Simile exemplum eſt ſupra pag.* 37.

Infinit. ܠܡܪܥܝ ad paſcendum, *Luc.* 15: 15. ܕܥܬܝܐ ܠܡܪܥܝ qui paſturus eſſet, *Apoc.* 12: 5. *Imperat.* ܪܥܐ *m.* paſce *agnos*, *Joh.* 21: 15. *Oves*, *verſſ.* 16. 17. ܪܥܘ *m.* paſcite *gregem*, 1 *Petr.* 5: 2. *Futur.* ܢܪܥܐ *m.* paſcet *populos*, *Apoc.* 2: 27. 7: 17. 19: 15. ܢܪܥܝܗ paſcet eum, *Matt.* 2: 6; *affixum* ܗ.

Ethpeel ܐܬܪܥܐ *m.* Suſpectus fuit *alicui.*

Paël ܪܥܐ *m.* Satisfecit, placavit, reconciliavit, 2 *Cor.* 5: 19. *Eph.* 2: 16. ܪܥܝ reconciliavit nos, 2 *Cor.* 5: 18. *Infinit.* ܠܡܪܥܝܬܗ reconciliare, *Col.* 1: 20.

Ethpaal

Digitized by Google

Ethpaal ܐܬܬܥܝ *m.* Cogitavit, ratiocinatus, meditatus, machinatus, arbitratus eſt, exiſtimavit, opinatus eſt, putavit, reputavit, ſapiit, ſenſit, conſenſit, decrevit, ſtatuit: placatus, reconciliatus eſt, propitiationem fecit, in gratiam rediit. Cogitavit, *Matt.* 1: 19. 20. Reconciliatus eſt, *Rom.* 5: 10. Cogitavit, *Hebr.* 11: 19. ܐܬܬܥܝܢ *c.* cogitavi, 2 *Cor.* 1: 17, *bis.* ܐܬܬܥܘ *m.* machinati ſunt, *Job.* 12: 10; *vide hic var. Lect.*

Partic. ܡܬܬܥܝ *m.* cogitans, *Mat.* 16: 23. *Luc.* 14: 31. Exiſtimans, *Rom.* 8: 18. Cogitans, *cap.* 14: 6, *quater.* 1 *Cor.* 13: 5. Sentiens, *v.* 11. Cogitans, 2 *Cor.* 1: 17. 10: 2.

Plur. ܡܬܬܥܝܢ *m.* reputantes, *Mat.* 16: 7. Cogitantes, *cap.* 21: 25. Ratiocinantes, *Marc.* 2: 6. 8, *bis.* Cogitantes, *Rom.* 12: 3. 16. Sentientes, *Phil.* 3: 15.

ܡܬܬܥܝܡ arbitramur, *Rom.* 3: 28; *ex* ܡܬܬܥܝ arbitrantes & ܡ nos *vel* ſumus *compoſitum.* ܡܬܬܥܝܬܘܢ ſentiatis, *Gal.* 5: 10; *conſtat ex* ܡܬܬܥܝ ſentientes & ܐܢܬܘܢ vos *vel* ſitis.

Infinit. ܠܡܬܬܥܝ ſentire, *Phil.* 1: 7. *Imperat.* ܐܬܬܥܐ reconciliare, *Matt.* 5: 24. ܐܬܬܥܘ *m.* reconciliamini, 2 *Cor.* 5: 20. Sentite, *Phil.* 2: 5. Cogitate, *cap.* 4: 8. *Col.* 3: 2.

Futur. ܢܬܬܥܐ *m.* cogitet, 2 *Cor.* 10: 11. 12: 6. ܬܬܬܥܐ *f.* reconcilietur, 1 *Cor.* 7: 11. ܢܬܬܥܘ *m.* ſentiant, *Phil.* 3: 15. ܬܬܬܥܘ *m.* cogitetis, *Rom.* 12: 3. 16. 1 *Cor.* 4: 6. ܢܬܬܥܐ *c.* cogitemus, 2 *Cor.* 3: 5.

ܪܥܝܐ *f.* Paſcuum. *Chald.* ܪܥܝܐ. *Joh.* 10: 9.

ܪܥܝ *m.* Mens, animus, cogitatio, ſenſus, ſuſpicio, opinio, ſententia, ratio, conſcientia, voluntas, benevolentia, beneplacitum. *Chald.* ܪܥܝܐ. Mens, *Act.* 4: 32. *Rom.* 15: 6. *Emph.* ܪܥܝܐ, *Chald.* ܪܥܝܢܐ. Cogitatio, *Marc.* 12: 33. Ratio, mens, *Luc.* 11: 40. 12: 20. 24: 25. *Rom.* 1: 30. 2: 20. Cogitatio, *cap.* 12: 16. Sententia, 1 *Cor.* 1: 10. Mens, *cap.* 2: 16. Mens, ratio, 2 *Cor.* 11: 19. 21. 23. 12: 11. *Gal.* 3: 1. Mens, *Eph.* 4: 2. Mens, ratio, *cap.* 5: 17. Cogitatio, *Phil.* 2: 2. Animus, *v.* 3. Mens, *cap.* 4: 2. *Col.* 2: 18. 3: 12. Suſpicio, 1 *Tim.* 6: 4. Mens, ratio, *Tit.* 3: 3. Cogitatio, 1 *Petr.* 4: 1. Animus, *cap.* 5: 5.

Conſtr. ܪܥܝ ܢܦܫܐ voluntas animæ ſuæ, *i. e.*, ſui ipſius, *Joh.* 16: 13. Cogitatio animæ, *Rom.* 11: 25. Voluntas animæ, *Tit.* 1: 7.

ܪܥܝܗ mens ſua, *Joh.* 7: 18. Ejus, *Rom.* 11: 34. 1 *Cor.* 2: 16; in

in hoc & præcedenti loco affixum ونسمائی. *Sam. cap.* 7: 39. 9: 25. Animus ſuus, 2 *Cor.* 9: 7. Mens ſua, 1 *Tim.* 3: 2. Animus ſuus, *Jacob.* 1: 8.

ڈحنثو cogitatio tua, *Matt.* 22: 37. *Marc.* 12: 30. *Luc.* 10: 27. Mens tua, *Act.* 10: 20. *Rom.* 11: 20. 1 *Tim.* 5: 21. ڈحنثی mens mea, *Rom.* 7: 21. 23. 26. Conſcientia mea, *cap.* 9: 1. Sententia mea, 1 *Cor.* 7: 40.

ڈحنثوھو mens eorum *vel* ſua. *Luc.* 24: 45. *Eph.* 4: 17. 1 *Tim.* 6: 5. 2 *Tim.* 3: 8; *in hoc & antecedenti loco affixum eſt pleonaſticum.* *Tit.* 1: 15.

ڈحنثیھو mens earum, 1 *Tim.* 3: 11. ڈحنثو mens veſtra, *Luc.* 12: 29. Animus veſter, 2 *Cor.* 9: 2. Mens veſtra, *Hebr.* 13: 5. 2 *Petr.* 3: 1. ڈحنثی conſcientia noſtra, 2 *Cor.* 1: 12. Mens noſtra, 1 *Theſ.* 5: 8.

Plur. ڈحنثیی. *Emph.* ڈحنثیا mentes, 1 *Cor.* 15: 33. Conſcientiæ, 2 *Cor.* 4: 2. *Tit.* 1: 10. ڈحنثوھو mentes ipſorum *vel* ſuæ, 1 *Tim.* 6: 17. *Tit.* 2: 2. ڈحنثوکو mentes veſtræ, *Rom.* 12: 2. 1 *Cor.* 14: 20. 2 *Cor.* 11: 3. *Col.* 1: 21. 2 *Theſ.* 2: 2.

ڈحیثا *f. emph.* Grex: paſcuum. Grex, *Act.* 20: 28. 29. *Hebr.* 13: 20. 1 *Petr.* 5: 2. 3. ڈحیثاھو grex ſuus, 1 *Cor.* 9: 7. Paſcuum ejus, *Pſal.* 95: 7. *Plur. cum aff.* ڈحیثاھو greges ſui, *Luc.* 2: 8.

ڈحثا *f. emph.* Satisfactio, reconciliatio, *Rom.* 5: 11. 11: 15. 2 *Cor.* 5: 18. 19. ڈحثاھو reconciliatio ejus, *Rom.* 5: 10.

ڈحیثا *f. emph.* *Idem quod* ڈحنثا. *Chald.* הַרְעְיָתָא. Cogitatio, *Luc.* 1: 51. *Rom.* 8: 6, *bis.* 7. Intentio, *v.* 27. Mens, 1 *Cor.* 1: 10. Intelligentia, *v.* 19. Conſilium, *Eph.* 1: 11. Mens, *Phil.* 2: 2. Voluntas, *Hebr.* 4: 12.

ڈحیثا cogitatio noſtra, *Eph.* 2: 3. ڈحیثاھو *quorum* cogitatio, *Phil.* 3: 19; *hic in textu præfixum eſt relativum dolath in caſu obliquo, idcoque affixum pro more eſt pleonaſticum: conf. Glaſ. philol. ſ. lib.* 3. *tract.* 2. *Can.* 26. *num.* 3.

Plur. ڈحثی ratiocinationes, 2 *Cor.* 10: 5. ڈحثیکو mentes veſtræ, 1 *Petr.* 1: 13.

ڈحا *m.* Tremuit, contremuit, nutavit, labaſcere. *Hebr.* רָעַשׁ *Chald.* רְעַשׁ. *Benoni plur. maſc.* ڈحیی contremiſcentes, *Jac.* 2: 19. *Plur. fœm. emph.* ڈحکا nutantia, labantia *genua*, *Hebr.* 12: 12.

